Il serait superflu, je crois, de pousser plus loin la recherche et l'examen des manuscrits qui ont appartenu à Thomas Basin, ou dans lesquels ce personnage a pu tracer des notes ou des passages plus ou moins étendus, comme sont, par exemple :

1° Ms. latin 12264 de la Bibliothèque nationale (jadis 369 de Saint-Germain). — Sentences tirées des œuvres de saint Grégoire par Taion, « Liber de militia » de Léonard d'Arezzo, différents textes théologiques ou canoniques. A la fin, fol. 262 v° : « Istud volumen scribi fecimus nos Thomas, episcopus Lexoviensis, donavimusque bibliotnece ejusdem ecclesie, anno Domini 1489. » Il y a sur les marges des notes de la main de Thomas Basin.

2° Ms. 361 de l'Université d'Utrecht. — Règles monastiques et

[1] « Missa ad nos ex Lovanio epistola tua impressa, ad Universitatem Lovaniensem scripta... » Éd. de Quicherat, t. IV, p. 116. — Quicherat (t. I, p. LXXXVIII) déclare n'avoir pu découvrir l'ouvrage imprimé de Paul de Middelbourg. C'est une pièce in-4°, de 38 feuillets, que Campbell a décrite sous le n° 1364 des *Annales de la typographie néerlandaise* (p. 384) : « Epistola apologetica magistri Pauli de Middelburgo ad doctores Lovanienses... — ...Impressum in alma Universitate Lovaniensi per me Joannem de Westfalia. » — Ce livret est à la Bibliothèque royale de la Haye.

divers traités théologiques [1]. — Souscription finale : « Completum volumen istud Treveris, scriptum per Michaelem Monachi, jussu reverendi in Christo patris domini Thome, divina miseratione episcopi Lexoviensis, anno Domini 1471. »

3° Ms. 377 de la bibliothèque de Caen (jadis 15 de la série in-folio). — « Sermones fratris Guillelmi Lugdunensis de Sanctis. » — Souscription finale : « Isti sermones fuerunt inchoati per me Johannem Masseri, clericum, Bituricensis diocesis, XVIII die mensis septembris, anno Domini M° CCCC° sexagesimo primo, et finiti XXII februarii eodem anno, pro reverendo in Christo patre et domino meo domino Thoma Basin, Lexoviensi episcopo [2]. »

4° Ms. 365 de la bibliothèque de Caen (jadis 13 de la série in-

[1] Je vais reproduire la table de ce manuscrit telle qu'elle est écrite sur la première page, de la propre main de Thomas Basin, si je ne me trompe : « *In hoc volumine ista continentur :* Prima Regula beati Benedicti, fol. 4. — Item Regula Seraphionis, Macharii, Pafucii et aliorum 34 patrum, fol. 32. — Item Regula a sanctis patribus prolata, fol. 38. — Item Regula sancti Macharii, qui habuit sub se 5000 monachos, fol. 40. — Item capitula Regule sancti Basilii, et postea Regula seu Institutiones ejusdem, fol. 42 et 50. — Item Bernardus de 12 gradibus humilitatis, fol. 106. — Item ejusdem Bernardi de gratia et libero arbitrio, fol. 128. — Item omelia ejusdem super evangelio : « Simile est regnum celorum x virginibus », fol. 148. — Item omelia ejusdem super evangelio : « Ecce nos reliquimus omnia », fol. 152. — Item tractatus ejusdem de psalmo 28 : « Afferte Domino, filii Dei », ad novicios, fol. 156. — Item ejusdem epistola vel pocius liber ad fratres de Monte Dei, fol. 173. — Item meditaciones ejusdem Bernardi, fol. 209. — Item vita ejusdem beati Bernardi, fol. 227. — Item liber beati Augustini, Unde malum, fol. 262. — Item vita beati Anthonii, scripta grece per Athanasium, facta vero latina per Evagrium presbiterum ad Innocentium, fol. 278. — Item vita beati Pauli primi heremite, a beato Jeronimo scripta, fol. 313. — Item de monacho captivo et conserva eidem spiritualiter juncta, fol. 318. — Item vita sancti Hylarionis a beato Jeronimo scripta, fol. 323. — Item Jeronimi ad Cromacium episcopum de ortu gloriose Virginis Marie, cum aliquibus lectionibus ad laudem ejusdem gloriose Virginis, cum fit de ea speciale officium, fol. 338. »

[2] Quicherat, IV, 269. — G. Lavalley, *Catalogue des manuscrits de la bibliothèque municipale de Caen, précédé d'une notice historique*, p. 192.

fol.). — « Sancti Augustini de consensu evangelistarum libri quatuor. » — Souscription finale : « Finitus per me Johannem Masseri, presbiterum, die vicesima prima mensis aprilis, anno Domini millesimo cccc^{mo} sexagesimo quarto, pro reverendo patre et domino domino Thoma Basin, episcopo et comite Lexoviensi[1]. »

5° Ms. 366 de la bibliothèque de Caen (jadis 14 de la série in-fol.). — Notes mises par Thomas Basin, au commencement et à la fin du volume : « In isto volumine continentur hi libri : primo Aurelii Augustini super primam canonicam Johannis de caritate sermones 10. Item domini Guidonis, episcopi primum Elnensis, dein Majoricensis, ordinis Carmelitarum, liber optimus de diversis heresibus. Item Leonardi Aretini de bello Ytalico adversus Gothos libri 4^{or}. — Istud volumen scribi fecimus apud Treverim nos Thomas, episcopus Lexoviensis, excepta de bellis Gothorum in Ytalia, que est de impressura[2], et donavimus bibliothece ecclesie nostre Lexoviensis, anno Domini 1489[3]. »

D'après les explications qui viennent d'être données, on comprend de quelle utilité serait le manuscrit de Gœttingue pour rétablir dans leur forme primitive une foule de passages plus ou moins altérés dans la mauvaise copie qui a servi de base à l'édition. Hâtons-nous d'ajouter que la plupart des altérations n'atteignent pas le fond des récits ou des jugements; grâce surtout aux notes de Quicherat, on peut continuer à se servir en toute sécurité de l'édition publiée par la Société de l'Histoire de France. La plupart des rectifications dont le manuscrit de Gœttingue fournit la matière ne portent, en effet, que sur des détails de style. Aussi, selon toute apparence, ne songera-t-on pas d'ici longtemps à donner une nouvelle édition de l'Histoire de Charles VII et de Louis XI. Cette considération m'a décidé à extraire du manuscrit de Gœttingue et à publier ici plusieurs chapitres remplis de diatribes contre le roi Louis XI, chapitres qui font partie de la rédaction de

(1) Quicherat, IV, 268, et G. Lavalley, p. 188. — (2) Exemplaire du livre décrit par Hain, sous le n° 1558. — (3) Quicherat, IV, 268, et G. Lavalley, p. 188.

1484, mais qui ont disparu de la rédaction de 1487, ou du moins dont il n'y a aucune trace dans la copie de la Bibliothèque nationale et, par conséquent, dans l'édition de la Société de l'Histoire de France.

La lecture de cette partie inédite de l'œuvre de Thomas Basin ne devra pas modifier l'opinion généralement admise depuis les travaux de Quicherat sur le caractère et le talent de Thomas Basin.

DE JUSTICIA EJUS. — CAPITULUM DECIMUM TERTIUM.

Unde postquam de viri prudencia atque sapiencia non nichil retulimus, etc., nec unum denarium relaxandum duxit[1].

Refert Marcus Paulus Venetus[2], in libris suis de mirabilibus orientalium regionum, quod magnus ille Tartarorum Cam seu imperator dictus Cublay, cujus temporibus per terras illas Orientis et Aquilonis peregrinatus est, tante erga subditos suos pietatis fuit quod, ubi nunciatum sibi fuisset in aliqua subditarum sibi provinciarum annonam ex intemperantia celi vel alias defecisse, non modo illius anni tributa eis relaxabat, verum eciam de aliis fertilioribus provinciis necessarias copias suis sumptibus advehi faciebat, que illius terre accolis ad victum et ad serendum agros, ne inutiles jacerent, sufficeret. Atqui, proh dolor! vir iste[3] qui, uti religione dictus[4] christianissimus, ita vita et moribus esse debuerat, in tam seva et generali sterilitate atque fame, non modo tributa nec ullam quidem particulam relaxabat; sed insuper que eis poterant superesse tollebat et gravioribus quam antea unquam de memoria hominum portassent exactionum et collectarum ponderibus cumulabat.

QUOMODO ABSQUE ULLA NECCESSITATE VEL UTILITATE REGNUM MILITIA ET IMMANIBUS TRIBUTIS AGGRAVAVERIT. — CAPITULUM DECIMUM QUARTUM[5].

Sed examinemus paulisper lacius[6] qualis tunc neccessitas incubuerit, ut tam numerose milicie onera regnum perferret quantam ipse, majore ex parte ocio-

(1) Comme dans l'édition, t. III, p. 180-185.

(2) Livre II, chap. XXXI et XXXII.

(3) Il s'agit de Louis XI.

(4) Le mot *dictus* a été ajouté après coup dans la marge par l'auteur.

(5) Chapitre à rapprocher de ce que Thomas Basin a dit des milices permanentes dans l'Histoire de Charles VII, livre IV, chap. III-VI; éd. Quicherat, t. I, p. 164-181. Il faut aussi se reporter à un paragraphe du chapitre XVII du livre VII de l'Histoire de Louis XI, publié plus loin, p. 103.

(6) Le mot *lacius* ajouté en interligne par l'auteur.

sam, ad stipendia perseveranter et continuo percipienda ordinavit. Pater suus rex Karolus, inclite recordacionis, suo tempore pertulit hostes Anglorum regem et Burgundionum ducem, qui, propter civiles que in regno tunc fuere dissensiones, magnam partem regni et totam ferme [1] Normanniam occuparunt atque diu tenuerunt. Tenebant et ipsi Anglici magnam Aquitanie partem a ducentis ferme et quinquaginta annis. Et tamen idem strenuissimus Karolus eosdem Anglos Normannia atque Aquitania et toto pene regno depulit et ejecit, cum ad ordinaria stipendia non amplius quam mille et quingentas lanceas haberet. Francos sagittarios in regnum invexit; sed hii in suis quisque edibus morabantur, agris colendis vel artibus faciendis intendentes, nec eis ulla stipendia [2], nisi e patria ad aliquam expedicionem evocati essent, prestabantur. Cum ea manu Anglos, solo pene jam radicibus tam in Aquitania quam in Normannia herentes, avulsit et dejecit, et Burgundiones ad pacem coegit. Vir vero cujus gesta nunc referimus, cum intra regnum nullos hostes, quin etiam treugas validas, haberet, Eduardo, Anglorum rege, cui se vectigalem addixerat sub quinquaginta mille scutorum auri annuo tributo [3], militiam equestrem usque ad quatuor mille lanceas adauxit, et loco francorum sagittariorum, qui, uti diximus, prope nulli oneri erant, in Normannia quatuor milia peditum quos halbardarios appellabat surrogavit, et proporcionaliter per totum regnum ordinari atque institui fecit, quibus, etiam in domibus propriis otiose manentibus, ordinaria stipendia constituit quinque francorum pro quolibet mense. Preter hos autem etiam sex vel octo millia peditum ex Alemannia evocavit, qui se Suittenses appellabant, quos per plures annos ad suum usque obitum ociosos manentes in regno retinuit. Nam licet eis constituta stipendia probe solverentur, in nulla tamen expeditione usum ipsis fuisse memoratur. Non est igitur mirandum si pauperes regni accole, supervacue atque inutilis et prorsus minime necessarie tante militie simul cum tributis onera ferentes, ad extremas pauperiem atque miserias sint redacti.

Hec fuit justitia, hec clementia quam ad subditos observavit, cum nulla prorsus tale aliquid patrandi immineret neccessitas. Nam quid de duce Austrie [4] et terris suis atque earum viribus estimari debuerit, ut, propter ipsius metum, tanta militia regnum tanquam immanibus tributis aggravari debuerit? Rex ipse de quo sermo terras Picardie et ducatum Burgundie atque comitatum nullo pene negocio sibi tulerat, et profecto ita jam ejus terras Flandriarum attriverat, ut, nisi de

[1] Le mot *ferme* a été ajouté en interligne par l'auteur.

[2] Le manuscrit porte *ullo stipendio*.

[3] Allusion au traité de l'année 1475 dont Thomas Basin a parlé dans l'Histoire de Louis XI, l. IV, chap. XVI; éd. Quicherat, t. II, p. 359.

[4] Maximilien.

HISTOIRE DE LOUIS XI.

pace concilianda cogitassent, pericula eis non modica satis evidenter formidari poterant eventura. Longe dispar causa fuerat patri suo, qui, in tantis tamque latis atque opulentis regni sui provinciis, tam diu Anglicos validissimos et potentissimos hostes pertulerat, quos tamen, uti diximus, cum minore numero militie et pene sola tertia parte illius quam iste cumulavit, inde eos prorsus expulit et ejecit. Quanquam enim vulgo dicatur

Non minor est virtus quam querere parta tueri,

longe tamen facilius est hostem irruentem arcere, atque ne fines regni ingrediatur avertere, quam eum, ubi semel patriam occupavit, expellere. Turpius enim atque difficilius eicitur quam non admittitur hospes. Et, ut legum periti aiunt, utilius est atque facilius possessioni retinende incumbere quam amissam semel recuperare. Ingens enim et non parvum est commodum possessoris.

ITERUM DE JUSTITIA EJUS. — CAPITULUM DECIMUM QUINTUM.

Nedum vero in hiis immanissimis militie ac tributorum gravaminibus in subditos, nulla prorsus, ut diximus, urgente neccessitate vel utilitate exposcente, regis justitia enituit, sed et in hoc etiam quod improbissimis delatoribus nimium libenter aures accommodavit. Habebat enim in omni parte et pene loco regni suos exploratores, qui, auscultantes hiis que de eo dicerentur, et calumpnias atque dolos struentes, insontibus conficta plerumque crimina ad aures tyranni deferebant. Que ubi detulissent, primum erat quod medietas saltim confiscationis bonorum sic delati statim improbo delatori donabatur, alia tyranno reservata, statimque post mandata eidem delatori dabantur ad apprehendendum bona corpusque delati vinctum, vel ad prepositum marescalorum adducendum, vel ad aliquod castrum, si delatori magis collibuisset. Hoc modo passim de omni parte regni boni et honesti cives deducebantur cothidie ferme ad regem, quo cum perducti essent, si evadere deberent, opus erat ut a rege atque a delatore sese pecunie alicujus summa redimerent. Plures vero cum dixisse aliquid de rege aut egisse gravius quidquam referrentur, absque juris ordine et cause cognitione, clam in fluminibus demersi et suffocati fuerunt. Nec solum aures talibus improbissimis calumpniatoribus, cum se ultro offerrent, rex ipse prebebat; quin etiam tales ad hujuscemodi criminaciones referendas incitabat, policens eis medietatem confiscationis, sibi alia reservanda. Quibus calumpniis tantus metus cunctis regnicolis injectus erat ut valde anxium esset unicuique atque penosum sub tali calumpniarum ancipiti periculo languere. Nunquam enim erat quin plures talium calumpniatorum involverentur retibus, totque et tanti erant hujusce intenti artibus

ubique per totum regnum effusi quod vix etiam a continentissimo viro et cautissime se agente omnes caveri possent. Sic diabolus, qui criminator interpretatur, per totum ubique regnum seviebat.

Sed et exemplum aliud satis evidens, licet multo remissius, hiis que retulimus, sue justitie ac fidei testimonium, adjungere possumus. Nam, cum multi in regno, qui generis privilegio se nobiles minime possent asserere, sese a rege nobilitari magna pecunie summa impetrarent, ut ab onere collectarum et talliarum, serviendo in expeditionibus et exercitibus regiis, immunes haberentur, plerique ex ipsis, etiam qui in expeditionibus militaribus propriis stipendiis militarant, ad tallias et collectas solvendas fuerunt postmodum nichilominus coacti, nichil ipsis sua redempta nobilitate nec servitiis que militando absque aliquo stipendio impenderant in hoc proficientibus, quod utique valde injustum erat, cum non nisi expensa gravi et pretio magno illius muneris immunitatem comparassent.

Sed quid tam multis testimoniis atque exemplis ad ipsius ipsam faciendam justitiam immoramur? Justitia siquidem, ut sacratissimus legislator diffinivit, nichil aliud est quam constans et perpetua voluntas quod suum est unicuique tribuens. Porro cum huic homini non alia videretur esse quam constans et perseverans voluntas sua unicuique auferendi et rapiendi, sive per manifestissimas violencias sive per calumpnias et dolos, fraudes et mala et iniqua machinamenta, satis liquere cunctis potest qualis et quanta in eo justicia fuerit.

Quod [1] si quis singulos casus quibus subditis [suis], cujuslibet ordinis et gradus, injurias intulit refferre vellet, non existimo [quod] quantovis volumine po[ssent] omnia comprehendi.

DE FORTITUDINE AC STRENUITATE EJUSDEM. — CAPITULUM DECIMUM SEXTUM.

De fortitudine vero locus exposcit ut etiam qualis in eo enituerit discutiamus... — ... Verum pacta treuga, cum Burgundionum exercitus fame rerumque necessariarum inopia pene deficeret, intactos abire permisit [2].

ITERUM DE EODEM ET DE TEMPERANTIA EJUS. — CAPITULUM DECIMUM SEPTIMUM.

Alium quoque etiam huic quodam modo consimilem de Anglorum rege triumphum reportavit. Nam, uti supra loco suo retulimus [3], cum Edoardus, Anglorum rex, collecto valido exercitu, de Calisio per agros Picardie usque Peronam penetrasset, nec ultra transire nec regis terras transmisso flumine ingredi ausus,

[1] Cette phrase a été ajoutée après coup par l'auteur dans la marge du manuscrit. — [2] C'est le chapitre XIV de l'édition de Quicherat, t. III, p. 185-189. — [3] Hist. de Louis XI, l. IV, chap. XVI, édit. Quicherat, t. II, p. 356 et suiv.

eo quod sciret regem prope astare cum innumerabili pene peditum et equitum expeditorum multitudine, jamque exercitus ille Anglorum fame et penuria laboraret, ita ut grave murmur in eo contra suum regem invalesceret, omnia vero Francorum exercitui habundarent, tante tamen pusilanimitatis et tam timidum tunc ipse rex Francorum se ostendit ut, requisitis ab hoste treugis, etiam se eidem ac regnum suum vectigalem constitueret, pacta quinquaginta mille scutorum auri summa quotannis sumptibus et periculis suis sibi Londoniis exsolvenda. Quod si aliquo magnanimi pectore, si quid strenuitatis, si vel tantillum fortitudinis habuisset, cum copias duplo vel triplo majores haberet, subsistendo duntaxat, atque remorando paulisper, poterat hostes suos jam pene deficientes fame ad tantam constrixisse penuriam quod vel se ultro sibi dedidissent, vel saltim nullo pene negocio pro necessitate alimentorum procurandorum effusos atque palantes ad internecionem usque, si ita placitum ei fuisset, dele[vi]sse potuisset. Atqui preclara hec spolia domum referens, tributarius factus, suas ingentes copias, per quas regni sui pauperes colonos longe lateque vastavit atque depastus est, ad propria redire jussit.

Possemus referre exercitus magnos et copias permaximas quos ad conquirendum Flandrie et Hannonie terras, extincto Karolo Burgundionum duce, in campos eduxit, per quos cum Attrebatum et oppidulum Avennes in Hannonia expugnasset [1], et apertum sibi aditum facillimum invenisset ad conquirendam Flandriam, Brabanciam, Hannoniam ceterasque terras que ejusdem ducis Karoli fuerant, nemine tunc sibi obsistere parante, ut late supra suo in ordine narravimus, statim tamen, cum pene in manu plenam estimaretur tenere hujusmodi terrarum possessionem, cum tantis copiis, tamquam fugatus esset, pedem retulit et a feliciter ceptis resilivit. Cui profecto convenire merito illud Salomonis poterat : « Fugit impius nemine persequente [2]. »

Alia autem vice, cum adversus illustrissimum ducem Austrie Maximilianum, qui filiam unicam ipsius ducis Karoli in conjugem acceperat, magnum exercitum versus Morinum misisset [3], ab exercitu Maximiliani, qui, paucis exceptis nobilibus, totus pene ex plebe Flandrensium collectus erat, copie suorum peditum cum nonnullis etiam ex equestri ordine, sed multo paucioribus, majore ex parte delete sunt. Nam ibi cecidisse ferebantur octo vel decem millia illorum qui tunc franci sagittarii appellabantur. Unde in antea abolevit de toto regno hujuscemodi francos sagittarios. Verum ex hiis quos in eorum suffecit locum multo

[1] Voir l'Histoire de Louis XI, l. VI, chap. IX, éd. Quicherat, t. III, p. 31.

[2] Prov. XXVIII, 1.

[3] Comparez l'Histoire de Louis XI, l. VI, chap. XV, édit. Quicherat, t. III, p. 54.

amplius regnum suum et pauperes regnicolas aggravavit. Surrogavit enim in eorum locum alios pedites quos appellabant halbardarios[1], qui, similibus induti armis ut franci sagittarii, loco arcuum contos longos ferratos, quos Flamingi piiken appellant[2], aut latas quasdam secures, secundum Alemannorum peditum ritum, deferebant. De hujuscemodi quatuor milia ex Normannia constituit, pro quorum stipendiis exsolvendis provinciam de IIc Lm libris oneravit, supra immensas illas tallias quas inibi antea ipse imposuerat; et proportionaliter per totum regnum tales halbardarios instituit, quibus in immensum gravamen toti regno accrevit. Antea siquidem franci sagittarii nulla stipendia accipiebant nisi cum de suis domibus pro aliqua expeditione educerentur. Hii autem halbardarii ordinaria stipendia veluti milicia equestris habebant, sexaginta scilicet libras quilibet in anno. Atqui cum tantam multitudinem et equitum et halbardariorum et Suitensium de sanguine atque spoliis miserorum regni sui accolarum nutriret, nichil tamen referri potest quod per eos adversus hostes suos fecerit. Sed, post cladem inter Morinum et Hesdinc acceptam, sese prorsus ab omni armorum expedicione continuit. Et, ut credi potest, veritus ne iterato a Flamingis, si cum eis bello decertaret, majora sustineret dampna, de concilianda cum ipsis et duce eorum Maximiliano pace cogitavit.

Hec fuit preclara viri fortitudo, hec bellorum gloria, pro quibus conficiendis tam numerosam armatorum equitum atque peditum cumulavit multitudinem, ut pro ea ad stipendia publica retinenda tam in immensum subditos aggravaret tributis et vectigalibus quod magna ex parte vel inopia, ut supra diximus, diversa exilia subire vel fame atque inopia variisque morbis inde provenientibus perire et consumi coegerit.

Quod si aliquas terras, veluti Burgundiam et Picardiam aut simile aliquid, armis sibi acquisivit, hoc vel dolis aut insidiis egit, vel cum hujuscemodi terre dominorum suorum protectione destitute defensorem nullum haberent, qui sibi resistentiam opponeret. Nemo autem, ut Cicero inquit in suis Officiis, qui fortitudinis gloriam adeptus est, insidiis vel malicia laudem est consecutus. Itaque, quemadmodum et reliquis virtutibus, ita et fortitudine vacuum eum atque expertem fuisse recte existimandum esse putamus.

De temperantia vero ipsius non opus est longum trahere sermonem. Nam satis manifestum est quod vini satis intemperans fuit, et plerumque estuans vino et crapula, multa in diversos seva atque crudelia fieri jussit.

[1] La substitution des hallebardiers aux francs archers a été indiquée plus haut, p. 99, chap. XIV.

[2] Comparez un passage de l'Histoire de Louis XI, l. VI, chap. XV, éd. Quicherat, t. III, p. 55.

Libidinibus etiam satis deditus fuit, non tamen ita, ut plurimum, quod mulieribus quarum fruebatur amplexibus cornua elevaret et ad ostentationem et pompam eis magnificos status permitteret seu concederet. Unde nichil aut minimum de una plus quam de reliquis cure gerere videbatur. Sed circa venationes et aucupia quam circa venereas voluptates potius intentus erat; valde tamen incontinenter et obscene se tam verbis quam factis circa hujusmodi famabatur se habere; unde, prout supra retulimus, morbo lepre a pluribus fertur infectus fuisse.

DE IPSIUS RELIGIONE ET CARITATE. — CAPITULUM XVIII.

Qualis autem circa religionem fuerit non est possibile paucis verbis referre. Nam, uti in suis pene cunctis moribus varius semper et multiplex fuit, ita et maxime circa religionem. In tantum enim devotus esse videbatur ad gloriosam Domini salvatoris nostri genitricem, ut ymaginem ipsius, quam affixam pileo suo solitus erat deferre, sepe, eodem pileo de capite deposito, oscularetur, interdum etiam, ejus conspecta ymagine, genua demitteret usque ad terram. Magnas etiam oblationes et donaria in pluribus oratoriis in honorem ejusdem gloriose Virginis plerumque faciebat. Unde in tantum suis oblacionibus et donariis oratorium quoddam appellatum Beate Marie de Cleri, in territorio Aurelianensi, in quo sunt canonici seculares, muneribus et oblationibus cumulavit ut uno vel duobus annis ultimis vite sue distribuciones singulorum canonicorum loci ad sex vel septem milia libras in anno ascendere dicerentur.

Donaverat ante cuidam monasterio monachorum diocesis Silvanectensis quod Beate Marie de Victoria titulatur in Normannia vicecomitatum Auribecci [1], unum de melioribus tocius provincie, hac spe illectus ut sibi victoriam de suis donaret inimicis, uti quondam quibusdam ex progenitoribus suis a Deo indulta fuit contra regni hostes, ob cujus rei memoriam monasterium illud sub titulo Victorie [2] ad honorem Virginis gloriose fundaverant.

Donavit etiam, anno quo de hoc seculo migravit, oratorio et canonicis Beate Marie in Aquisgrani quatuor mille libras annui redditus super proventibus regalibus comitatus Campanie, ad augmentum inibi divini cultus et prebendarum canonicorum loci illius.

Donaria etiam misit monasterio Sancti Adriani [3], ultimo quo vixit anno, ad valorem usque viginti mille librarum, prout opiduli illius cives affirmabant.

[1] La vicomté d'Orbec.

[2] L'abbaye de la Victoire, fondée en souvenir de la victoire de Bouvines.

[3] L'abbaye de Grandmont, jadis du diocèse de Cambrai; voyez *Gallia christiana*, t. V, col. 47.

Solitus etiam erat singulis diebus oblationes nunc in isto nunc in illo oratorio facere aut mittere, aliquando etiam plures uno die, quarum oblationum quelibet ad triginta unum aut triginta duo scuta auri nec minus ascendebat.

Instituit et quemdam militie illustrium procerum ordinem, qui torquem aureum ad collum deferrent, cui appendebatur ymago archangeli Michaelis diabolum a se devictum subpeditantis, cujus ordinis ipse primicerius et velut magister atque caput erat.

Quis autem, hiis perspectis et attentis, eum pietatis ac religionis munere insignitum negare audebit? Verum e diverso, si consideremus qualis in eo ad proximos caritas fuerit, multum a vera pietate ac religione invenietur fuisse alienus. Qui enim, ut beatus Johannes evangelista in sua prima canonica ait, non diligit fratrem suum quem videt, Deum, quem non videt, quomodo potest diligere[1]? Unde hoc mandatum habemus a Deo ut qui diligit Deum diligat et fratrem suum. Ubi autem in homine caritas non est, procul dubio omni virtute, et per consequens pietate ac religione vera, eum carere neccesse est. Audiamus quid in hanc sententiam doctor et magister gentium Paulus apostolus dicat in sua ad Corinthios prima epistola, cap. 13 : « Si linguis hominum, inquit, loquar et angelorum, caritatem autem non habeam, factus velut es sonans aut cymbalum tiniens; et si habuero prophetiam et noverim misteria omnia et omnen scientiam, et si habuero omnen fidem ita ut montes transferam, caritatem autem non habuero, nichil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, et si tradidero corpus meum ita ut ardeam, caritatem autem non habuero, nichil michi prodest[2]. » Ipsa est enim radix et forma omnium virtutum et bonarum actionum, de qua vitalem trahunt velut spiritum et efficiuntur meritorie eterne vite apud Deum. Quod utique minime esse possunt ex se ipsis, sed id assequuntur cum propter Dei puram et sinceram dilectionem atque amorem assumuntur et fiunt. Justum enim est et congruum retributionem bonorum operum et condignam laborum mercedem rependi a Deo, qui et justissimus et liberalissimus est, eorum que ob amorem ipsius solius et propter eum solum subeuntur et fiunt. Quecumque igitur opera, licet de genere bonorum, sive oblaciones sive elemosine sive abstinentie vel nuditates, aut quevis alie districtioris vite observantie ab aliquo factitentur, si non ex radice caritatis vegetacionem accipiant, infructuose sunt et inutiles penitus ad consecutionem vite eterne, ut ex sentencia predicta doctoris gentium manifeste apparet. Rursum cum caritas duo mandata complectatur, scilicet de Dei propter seipsum dilectione ante omnia et supra omnia, et proximi propter Deum, qui caritatem habere censendus est neccesse est ut utramque

[1] Jo. ep. I, IV, 20. — [2] Pauli ep. I ad Cor., XIII, 1-3.

IMPRIMERIE NATIONALE

habeat dilectionem, nec una profecto absque alia haberi ullo pacto potest. Nam qui vere diligit Deum, ut ipsius quoque ymaginem in homine, nature sue consorte, diligat neccesse est, et vice versa qui proximum diligit ex caritate, hoc est in Deum et propter Deum, ut Deum primo et principalius diligat fateri necesse est. Unde hec duo caritatis precepta sibi invicem ita connexa sunt ut unum absque reliquo a nullo impleri possit, propter quod idem beatus apostolus unum in reliquo inclusum atque convolutum esse sciens : « Qui proximum, inquit, diligit legem implevit[1]. » Ex quo conficitur, juxta beati Johannis apostoli preallegatam sentenciam, quod qui proximum quem videt non diligit, nec ipse Deum quem non videt diligere convincatur, et per hoc ipse utriusque carens dilectione, tam Dei scilicet quam proximi, omnino caritate vacuus esse comprobetur. Intueamur igitur qualem vir iste ad proximos nature sue consortes se habuisse ostenderit dilectionem et amorem, ut agnoscamus an veram habuisse sit estimandus caritatem et per consequens veram pietatem ac religionem. In primo capite proximorum nominantur parentes, ad quos non modo propinquitatem, sed et amoris et reverencie necessitudinem precipuam, natura ipsa nos docente, debere cognoscimus, ut pote ad eos quos post Deum essendi vivendique principium auctoresque habemus.

Ad ipsos autem suos parentes qualem hic de quo sermo est nobis ostenderit amiciciam atque reverenciam agnovisse sufficiat ex hiis que in priore hujus historie libro inde retulimus. Ad unicum vero quem habuit germanum, que amoris indicia ostenderit eciam ex hiis ipsis que de hoc suo in loco digessimus agnosci potest.

Ad[2] conjugem autem suam, eam quidem probam atque honestam, ducis Allobrogum sive Sabaudie filiam, ex qua et filium futurum regni ipse reliquit heredem, ad quam prima et maxima caritas, ipsa docente natura et divina lege, haberi debuisset, « propter hoc enim relinquet homo patrem et matrem et adherebit uxori, et erunt duo in carne una[3] », quod Apostolus dicit « magnum fore sacramentum in Christo et Ecclesia[4] », qualia benivolentie atque amoris exhibuerit indicia, ymo pocius quam sevum, quam immitem et supra omnem ferarum rabiem crudelem animum servaverit, in suis novissimis etiam diebus dissimulare non potuit. Nam ipsam, cum pene in extremis agentem pro sua humanitate atque fide eum visitatum atque consolatum venisset, non modo ad se visendum non admisit, verum et crudeliter atque ignominiose repulsam protinus exulare atque fines tocius regni excedere imperavit. Cui cum inmanissimo precepto parere mi-

[1] Ep. ad. Rom., XIII, 8. — [2] Tout ce paragraphe a été ajouté après coup dans la marge du fol. 276 v°. — [3] Pauli epist. ad Ephesios, V, 31. — [4] *Ibid.*, 32.

nime detrectare auderet, cum una ancilula sese illico absentare et quo se occuli posse putaret, clanculo proficisci compulsa est. Hec fuit viri caritas quam ad tam generosam atque optime fame uxorem in extremis positus indicavit se habere. Unde et ipsa, merore confecta, non multo post vitam finivit.

Ad universos autem regni accolas, quibus ut tutor aut curator tuendis conservandisque preesse debuerat, justa quod Sapiens in Ecclesiastico precipit : « Rectorem te posuerunt, noli extolli, esto in eis quasi unus ex ipsis, curam eorum habe [1] », qualem se exhibuerit qualemque amorem se ad eos habuisse indicarit, qualiter eos ab injuriis prohibuerit ac defenderit, ex hiis precipue que retexuimus cum de justicia ejus ageretur, unicuique, proh dolor! nimium compertum atque conspicuum est. Nec ea aperire opus est que intra domesticos parietes suos aut intra thalami claustra patrari potuerunt. Proh dolor! Nimis habunde copioseque sue in suos subditos ac suplices amicitie atque benivolentie astipulantur innumere populorum regni multitudines, quos patria ac laribus propriis profligavit, inopia vel fame, tabo variisque morbis enecavit et mori coegit, eis substrahens absque ulla miseratione unde potuissent sibi alimoniam necessariam comparasse. Hec enim ita notoria manifestaque toti regno existunt ut a nullo nisi prorsus veritatis pertinacissimo inimico inficiari possint.

Hec fuit quam ad proximos habuit caritas et dilectio. Ex qua inferri potest qualiter ad Deum caritatem habere potuerit, qui tam sevus atque inhumanus in omne ferme hominum genus extiterit. Qualis igitur in eo cultus religionis esse potuerit a quo tam longe caritas abfuit? Nam, ut pulchre Augustinus in Encheridion ait, fide, spe et caritate Deum colimus. De fide autem viri talis quid estimare debeamus, qui, omni timore Dei abjecto, talis in pauperes extiterit? A fide enim in Deum, quem fide justissimum bonorum malorumque remuneratorem esse confitemur, necesse est ut in hominis fidelis affectu timor Dei noscatur. Quem cum taliter in subditos seviendo nullum nec servilem saltim habuisse ostenderit, nescimus an fidei etiam informis quidquam in Deum in eo fuisse fateri debeamus, sed ut aliquid fidei in eo fuisse fateamur, ne in eum nimium severi censores esse videamur, certe audenter asserere hoc possumus quod ea non fuerit fides quam laudat atque commendat Apostolus, « que per dilectionem operatur [2] », sed ea potius de qua beatus Jacobus in sua canonica loquitur quod « sine operibus mortua est [3] » et infructuosa. Et per hec in eo pietas nec vera religio fuit.

[1] Ecclesiasticus, XXXII, 1. — [2] Pauli epist. ad Galatas, V, 6. — [3] Jacobi epist., II, 20.

DE ELEMOSINIS IPSIUS ET OBLATIONIBUS. — CAPITULUM DECIMUM NONUM.

Sed quoniam multi assentatores sui oblaciones et munificentias ejus in nonnullas domos orationum multum extollunt... — ...non ut eorum opituletur sanandis pravis cupiditatibus, sed explendis[1].

QUALES PRELATOS ECCLESIIS REGNI ET DELFINATUS QUALITERQUE PREFICI VOLUIT ET QUALES INDE EXPULIT ET EJECIT. — CAPITULUM VICESIMUM.

Sed et qualem ipse devocionem ad divinum cultum observantiamque sacre religionis gessit cunctis conspicuum manifestumque fecit. Nam cum ipsi a summo pontifice ne electiones secundum decreta sanctorum patrum in ecclesiis cathedralibus, abbatialibus et collegiatis fierent, quibus tempore felicis recordationis genitoris sui per canonicas electiones providebatur, conformiter ad ipsa canonica instituta, indultum fuisset, quod non nisi ad ipsius nominationem in hujuscemodi ecclesiis prelati instituerentur, quales episcopos, quales abbates, quales rectores in illis venerabilibus ecclesiis Galliarum, quarum plures ab ipsis Salvatoris vel apostolorum discipulis fundate sunt, prefici et ordinari procuraverit, quis non agnovit?

Quibus plures adhuc pene adolescentiam ingressi, alii litterarum et humanarum et divinarum penitus ignari, alii infami et turpissima vite ac morum inhonestate famosi, per eum preficiebantur. Et, quod silentio pretereundum minime est, in plerisque ecclesiis nobilibus, quibus regendis per canonicas electiones tempore sui patris prelati fuerant instituti litterarum scientia et vite ac morum integritate preclari, digni utique pontificio munere sacrisque misteriis peragendis, eisdem ejectis aut proscriptis, alios surrogari fecit, qui nec litteris nec moribus quidquam dignum sacerdotio Christi, ymo nec fidelis layci et secularis hominis, referrent. Abbatias nobiles, quarum ab antiquis temporibus per omnes Gallias ingens est multitudo, majore ex parte vel prelatis vel secularibus clericis, quos dignos [es]se reputabat, administrandas an potius diripiendas et prophanandas dixerim, committi voluit atque fecit. In quibus profecto si quid ex priscis temporibus eluceret adhuc vite et observantie regularium, tanta prebebantur eis tocius dissolucionis et inhonestatis exempla ab hujusmodi commendatariis vel ad eorum gerendas vices deputatis, quibus nichil minus erat cure quam vita atque observantia regularis. Sed omnia corrodere et marsupia sua farcire solum animo gestiebant ut nichil inibi vel sanctimonie vel regularis institutionis superesse videretur.

[1] C'est le chapitre xv du texte imprimé, t. III, p. 189-191.

Frequens etiam in horum malorum exordiis ac eciam postmodum contigit scandalum, quod, cum vacantibus cathedralibus vel regularibus ecclesiis canonici vel religiosi, secundum patrum instituta et antiquitus observatum morem, aliquem virum quem prelacionis officio dignum utilemque eis et ecclesie futurum pastorem existimabant elegissent, e latere per maceriem irrumpebat alius nixus dono regio, qui stipatus armatorum caterva ecclesie et monasterii atque bonorum ejusdem possessionem vi nanciscebatur; qui vero quantumvis canonice fuerat electus, quantiscunque etiam prefulgeret polleretque donis gratiarum, si tali se intrudenti renitentiam daret, et non protinus eum ut pastorem admitteret, [ipse] sibique adherentes in carcerem illico trahebantur, et si apprehendi minime possent, metu cruciatuum et tormentorum eos exulare oportebat. Unde eveniebat plerumque quod illa venerabilia antiqua monachorum cenobia, in quibus regulariter Domino deservire consueverant multorum velut examina monachorum, a religiosis deserta et destituta, religiosorum monachorum loco, vel armatis vel aliis inhonestis et turpis vite viris secularibus invenirentur referta. Non vero duntaxat id malum provenire conspiciebatur ubi morte prelatorum rectoribus viduate essent ecclesie, sed eciam in multis venerabilibus cathedralibus ac regularibus ecclesiis, incolumibus adhuc superstitibus prelatis qui digne et laudabiliter per annos plurimos ecclesias administrassent, dono regio freti, homines juvenes ac dissoluti, nichil penitus vite perfectionis nec morum honestatis habentes, in Dei sanctuaria vi irruebant, veteres pastores et possessores sua possessione deiciendo atque pellendo. Hoc autem sepe temptatum est sub nomine coadjutorum vel curatorum ecclesie, ubi prelati jam grandevi estimabantur, quamvis integris et perfectis sensibus vegetoque et robusto corpore adhuc essent, quemadmodum contigisse visum est in duobus illis insignibus monasteriis monachorum ordinis beati Benedicti, Gemeticensi Rothomagensis diocesis[1], et Sancti Stephani de Cadomo diocesis Baiocensis[2], quorum venerandis abbatibus, in omni morum sanctimonia atque religionis observantia probatissimis, dati fuerunt, licet valde invitis et quantum poterant renitentibus, coadjutores seu tutores, qui ipsi, etsi majores annis fuissent, velut furiosi seu prodigi merito debuissent curatores accipere.

Talis siquidem ubique per omnes provincias Galliarum circa preficiendos ecclesiis prelatos providentia regia adhibebatur, cum, sui optimi genitoris temporibus, quoad vixit, ecclesiis omnibus regni et Delfinatus, viduatis pastoribus, se-

(1) Il s'agit sans doute ici d'Antoine du Bec-Crespin, qui fut imposé comme coadjuteur, en 1463, à Jean de la Cauchie, abbé de Jumièges.

(2) Les historiens de Saint-Étienne de Caen ne paraissent pas avoir connu la mesure à laquelle Thomas Basin fait ici allusion.

cundum sacrorum canonum sanctiones, jus eligendi liberum servaretur, quod et ipse solempni sacramento, uti supra diximus, Remis primum, cum sacro illic fuisset oleo delibutus, deinde et Parisius, cum ibi esset receptus, servaturum promiserat[1]. Juravit enim hiis in locis ecclesiis regni sui servare privilegium canonicum, quod etsi multa complectitur capita, unum tamen velut precipuum ducitur, quod vacantibus ecclesiis debeat de pastoribus per electiones canonicas provideri. Quanti vero inde errores morbique proveniant in omnibus corporis membris, cum populo Dei talia capita ordinantur, quanta corruptio in fide et moribus ex hujuscemodi malis atque inutilibus pastoribus consequatur, non posset verbis facile pro rei magnitudine et malorum que inde suboriuntur multitudine, prout dignum esset, explicari atque deplorari. Nimis enim facile mali et perversi mores prepositorum trahuntur a subditis, proh dolor! in exemplum. Ve quidem hujuscemodi pastoribus, ymmo verius lupis, qui non gregem dominicum pascunt, sed seipsos potius, Christi oviculas devorando! Sed et non minus ve, ymmo et forte gravius, hiis qui scienter dominico gregi tales preficiunt quibus de gregis salute cura nulla est, sed sola stulta quadam et perniciosissima feruntur libidine dominandi! Benefici seculares principes esse vel videri volunt, cum ita arripuerint licenciam pro sua voluntate de quibus libuerit personis providendi dignitatibus et prelaturis, et tamen procul dubio nec in seipsos nec in eos indignos quos ita promovere curant benefici sed perniciosi et malefici esse comprobantur. Iste de quo nobis sermo est magnos greges canum diversis in locis ad venationum usum custodiri faciebat, sed profecto majorem et accuratiorem delectum habebat pericie atque experiencie pro suorum custodia canum aut aliorum animalium, quam observaret ad preficiendum pastores ad regimen et custodiam animarum fidelium populorum.

Hec de ipsius religione dixisse suffecerit. Nimis enim prolixum atque legentibus fastidiosum esset si singula referre vellemus quibus nichil vere religionis eum habuisse liquido constat. Itaque oblationes seu elemosine quales faciebat pocius subsannationes vel simulaciones aut stultitie quedam et temere atque inconsulte et sine discretione effusiones de rapinis et spoliis miserorum pocius quam vere religionis actiones vel officia merito censende sunt. Et propter hoc, cum in Ecclesiastico dictum esset quod « immolantis ex iniquo oblatio maculata est[2] », statim subjungitur : « Et non sunt Deo placite subsannaciones injustorum », ad ostendendum videlicet quod talium iniquorum oblationes aut elemosine que de rapinis

[1] Sur le serment prêté par Louis XI à Reims et renouvelé à Paris, voir l'Histoire de Louis XI, l. VII, chap. XIII, éd. Quicherat, t. III, p. 181. — [2] Ecclesiasticus, XXXIV, 21.

et iniquitate fiunt subsannaciones aut irrisiones pocius quam Deo accepte oblationes vel elemosine sunt nuncupande. Dicit autem Apostolus : « Nolite errare, fratres; Deus non irridetur[1] »; tales enim non Deum, qui novit cogitationes hominum, quoniam vane sunt, sed turpiter semetipsos fallunt, et Dominus irridebit et subsannabit eos[2], quem tali stultitia sua irridere atque subsannare voluerunt. Quis enim non rideat illam stultitiam suarum oblacionum, quibus in tantum ditare voluit canonicos Beate Marie de Clery quod ad sex vel septem milia librarum in anno ascendere fecit singulorum distribuciones? Similiter et de illo sumptuoso ornatu ad sepulchrum beatissimi Martini in urbe Turonensi, in quo multa milia marcharum argenti fertur consumpsisse. Quod quidem utique laudaremus et probaremus si de propriis et justis laboribus vel suo patrimonio, vel proprio et ordinario fisco[3] fecisset, ob memoriam atque honorem gloriosissimi confessoris Christi; sed cum ad tales faciundos sumptus constet eum multorum milium pauperum regni sui exhausisse facultates, et ad extremam inopiam eos redegisse, nescio an ridere talem vanitatem atque stultitiam, an pocius tot pauperum oppressorum lugere ac deflere miseram sortem et calamitates debeamus; ymmo profecto, de utroque, scilicet tam de hominis vana stultitia quam de miserorum oppressione, justius est dolendum.

COMPARACIO MORUM SUORUM AD PATERNOS MORES
QUOAD TEMPERANCIAM ATQUE PRUDENCIAM. — CAPITULUM VICESIMUM PRIMUM.

Postremo non ab re videbitur si, priusquam hunc librum claudamus, hujus de quo nobis in presentiarum est sermo... — ...satis enim superque satis ex hiis que supra a nobis relata sunt factum est conspicuum et manifestum[4].

COMPARACIO MORUM UTRIUSQUE QUOAD JUSTICIAM ET FIDEM.
CAPITULUM VICESIMUM SECUNDUM.

Pater justicie cultor et zelator fuit, et labores sepe assumpsit ad reformacionem curie sui parlamenti et cancelarie sue, bonis novis constitucionibus eas meliorando, et obsoletas per abusum et dissuetudinem justas et racionabiles in pristinum robur, sublatis abusibus, restituendo. Fuit eciam valde sollicitus de instruendo et comuniendo eas talibus personis que ad opus ministrande justicie reputarentur communi hominum estimacione ydonee, easque et per universitates studencium regni sui et alibi, ubicunque inveniri poterant, sollicite faciebat ex-

[1] Pauli ep. ad Galatas, VI, 7. — [2] Psalm., II, 4. — [3] Les mots *vel p. et o. fisco* ont été ajoutés en marge par l'auteur. — [4] C'est le chapitre XVI du livre VII dans le texte imprimé, t. III, p. 192-194.

quiri. Et si qui de corruptione diffamati invenirentur, cognita causa, curia amovebat, alios ydoneos surrogando. Unde et non facile de curia parlamenti causas ad se vel concilium suum evocari faciebat; quod si aliquando precum importunitate faceret, curiam minime a cause semel cognitione suscepta cessare volebat. Ediditque super hoc constituciones, suorum nobilium progenitorum vestigia imitatus, qui tales eciam temporibus suis ediderant leges. Filius vero e contra neque ullam communis justicie curam habere, neque equi et justi ullatenus zelatorem se ostendit, sed voluntatem suam pro lege et pro justicia voluit esse servandam. Unde statim, postquam paterno potitus est regno, quemdam cancelarium [1] instituit et in arce justicie tocius regni sui collocavit, quem pater suus, cum esset unus ex conciliariis curie parlamenti, de gratia, sordibus et turpibus corruptelis convictum, curia amoverat, non alias se existimans ostentare regem nisi que a patre suo prudentissimo utiliter sancita et decreta fuerant in irritum deduceret. Unde et Alenconii ducem, quem, solempnissimo procerum tocius regni coacto conventu, reum lese majestatis, confessum in jure atque legitime convictum, dampnaverat, gracia clementissime sibi facta, qua vitam ei donavit, ipse filius, levitate quadam inconsulta, in integrum tocius dignitatis prioris statum quem ante habuerat restituit [2]. Quod et similiter de comite Arminiaci, quem pater ob scelera multa que commiserat regno ac terris suis expulerat, ipse eciam facit [3]. Quos ambos quales postea ipse offenderit et quam temere et inconsulte se egisse, decreta sui genitoris convellendo atque rescindendo, postmodum ostenderit, locis suis in superioribus libris retulimus. Porro curiam parlamenti, quam pater suus quantum potuerat gravibus et etate ac juris pericia provectis ornaverat personis, amotis melioribus, juvenibus, parvam aut exiguam juris periciam atque nullam experienciam rerum forensium habentibus implevit. Quid vero de cancelaria sua dicam, in qua quidquid ei libitum esset, in graciam vel odium alicujus, quantumcunque iniquum atque injustum foret, per cancelarium voluit expediri, nec in contrarium sue inordinate ac injuste affectionis per eumdem cancelarium aut quemvis alium se paciebatur admoveri, qui profecto frequenter in tantas propterea animi perplexitates atque angustias adducebatur ut nichil magis

[1] Pierre de Morvillier. Voyez l'Histoire de Louis XI, l. I, chap. VII, édit. Quicherat, t. I, p. 25. — Un peu plus loin (même livre, chap. XXVI, p. 90), Thomas Basin qualifie de « vir venerabilis » ce même Pierre de Morvillier.

[2] La table que Quicherat a jointe à son édition des œuvres de Thomas Basin (t. IV, p. 406) indique les passages dans lesquels l'évêque de Lisieux a parlé des rapports de Charles VII et de Louis XI avec Jean II, duc d'Alençon.

[3] On trouvera dans la même table, p. 410, l'indication des passages de l'Histoire de Charles VII et de Louis XI concernant Jean V, comte d'Amagnac.

optaret quam tali magistro talique ejus servitio, si quoquo modo potuisset, absolvi? Quod certe nos ipsi et a priore suo cancelario, de quo nuper sermonem fecimus, et a venerabili viro domino G. Juvenalis [1], qui patris sui temporibus diu cancelariam rexerat; et ab eo, priore amoto, ad illud officium iterum eum instituerat, sepe audivimus, dum gementes frequenter clam apud nos quererentur de iniquissimis atque injustissimis mandatis que per eos expediri atque sigillari absque ulla examinatione mandabat. Modus autem exactionum non erat neque mensura quas secretariis suis pro litterarum expeditionibus permittebat; quin eciam tantum licencie nonnullis permisit ut ipsi epistolas suo nomine conscriberent signoque ipsius manuali, ut vicinius poterant depicto, consignarent. Interdum eciam et sepe suplicaciones, tamquam regi porrectas et per eum concessas, iidem secretarii, uti famosum erat, signare presumebant, que res quam perniciose quantique periculi toti regno forent unusquisque sapiens facile intelligit, et ut paucis utriusque, patris scilicet et filii, in cultu justicie diversitatem ostendam atque concludam, patri nichil cure prius superiusve justicie cultu fuit, filio vero nichil omnino fuit quod, non juris justicieque observancie, anteponeret venationi. Quippe et calumpniis, fraudibus et pauperum oppressionibus inutilibusque otiis totus deditus atque intentus erat.

COMPARACIO MORUM UTRIUSQUE QUANTUM AD MAGNANIMITATEM, CULTUM DIVINUM ET RELIGIONEM. — CAPITULUM VICESIMUM TERCIUM.

Pater quam magnanimus quamque in armis strenuus fuerit probat Anglorum expulsio de Normannia primum, quam tempore patris sui, cum ipse adhuc pene puer esset, conquisierant et prope triginta et tres annos tenuerant; deinde de tota Aquitania, quam per annos ducentos et quinquaginta tenuerant, quos inde bis expulit, prima expedicione ducta per nobilissimum comitem Dunensem, secunda per semetipsum, in qua cum peste eciam suus graviter affligeretur exercitus, ex qua confessor suus, Lingonensis episcopus [2], multique alii absumpti sunt, nichilominus tamen ab obsidione quam ad Burdegalam urbem posuerat minime destitit, donec eam et provinciam universam sub suam potestatem reduxit. Et hec quidem magna atque ardua cum mille et quingentis lanceis dun-

[1] Guillaume Jouvenel des Ursins, chancelier sous le règne de Charles VII, destitué par Louis XI, remplacé par Pierre de Morvillier et rétabli dans son office peu de temps après sa disgrâce.


[2] Jean d'Auxi, évêque de Langres. Ce prélat, n'étant encore qu'aumônier du roi, avait assisté le 28 août 1449 à la prestation du serment de fidélité fait au roi Charles VII par Thomas Basin. Les auteurs du *Gallia christ.* n'ont connu ni la date ni les circonstances de sa mort.

IMPRIMERIE NATIONALE.

Hunc potius mores et bona vita creant.
Factis, non verbis, sapientia se profitetur;
Solis concessa est gratia tanta bonis.
Filius est sapiens benedictio multa parentum,
Ipsorum stultus dedecus atque dolor.
Quod tolerat major non sit grave ferre minorem;
Nec se prælato præferat ullus homo.

[1] Jérémie de Montagnone cite ces trois vers (fol. 62, col. 3), mais avec cette variante : *tardusque doceto*, au lieu de *tardaque docere*. — [2] Jérémie de Montagnone, fol. 102, col. 4.

LE POÈME ADRESSÉ PAR ABÉLARD À SON FILS ASTRALABE.

Oblatam Cato fudit aquam populumque refecit [1],
Dum refici propriam non tulit ipse sitim.
Insipiens rex est asinus diademate pollens,
Tam sibi quam cunctis perniciosus hic est.
Nolo militiam, sed sensum in principe laudes;
Consilium, non vis, præminet ad regimen.
Cum bonus est princeps divini muneris hoc est;
Cum malus, id populi promeruere mala.
Sit tibi cura prior faciendi, deinde docendi
Quæ bona sunt, ne sis dissonus ipse tibi.
Quæ tibi tu non vis fieri ne feceris ulli;
Quæ fieri tibi vis hæc quoque fac aliis [2].
Simplicis est hominis similem sibi quemque putare,
Et leviter falli, fallere nolle quidem.
Est autem vitium falli, sed fallere crimen;
Crimine, non vitio, quisque carere potest.
Ut sapiens falli, sic mens bona fallere nescit,
Est vitii falli, fallere criminis est.
Credere te nunquam falli fallacia summa est,
Remque istam constat solius esse Dei.
Nolo Deum simules, nec te super æthera quæras,
Dum situs hic terræ te tenebrosus habet.
Est justi proprium reddi sua velle quibusque,
Fortis in adversis non trepidare suis;
Illicitos animi motus frenare modesti,
Tunc cum succedunt prospera præcipue.
Sicut in adversis virtus ea murus habetur,
Sic istius egent prospera temperie;
Nec prior illa manet virtus, nisi fulsa sit istis,
Ne sit fracta malis, sive remissa bonis.
Quid vitii, quid sit virtutis discute prudens,
Quod si perdideris desinis esse quod es.
Philosophus causas rerum discernit opacas,
Effectus operum practicus exsequitur.

[1] Voir Lucain, *Pharsale*, IX, v. 498 et suiv. Abélard rapporte la même anecdote dans une de ses lettres, et les termes de sa prose sont à peu près ceux de ses vers : *Oblatum sibi aquæ paululum respuit et effudit suffecitque omnibus.* (*Petri Abæl. opera*, éd. Cousin, t. I, p. 171.)

[2] Jérémie de Montagnone, fol. 22.

LE POÈME ADRESSÉ PAR ABÉLARD À SON FILS ASTRALABE.

Quisquis apud Dominum se quærit justificari
  Justitiam, si qua est, nesciat ipse suam;
Agnoscat culpas, accuset, corrigat illas,
  Nec se corde bonum censeat ore malum.
Ne timeas unquam, meliores aspice semper
  In quibus attendas quid tibi desit adhuc.
Ante potestatem ne quæras magnus haberi;
  Parvus eris si te quærere noverit hoc.
De peccato humiles, de relligione superbos
  Aut facit aut fieri fert aliquando Deus.
Scandala quam possis hominum vitare labora,
  Ut tunc incurras scandala nulla Dei.
Quo melior cunctis Deus est plus debet amari,
  Et melior post hunc ordine quisque suo.
Quo melior quisque est majori dignus amore est,
  Utque Deo quisque est carior et tibi sit;
Quos etenim nisi propter eum debemus amare;
  Finis hic in cunctis quæ facis unus erit.
Omnia dona Dei transcendit verus amicus[1],
  Divitiis cunctis anteferendus hic est.
Nullus pauper erit thesauro præditus isto,
  Qui quo rarior est hoc pretiosior est.
Sunt multi fratres, sed in illis rarus amicus;
  Hos natura creat, gratia præbet eum.
Gratia libertas, natura coactio quædam est,
  Dum generi quivis hæret amore suo;
Quo pecudes etiam naturæ lege trahuntur,
  Affectus quarum gratia nulla manet.
Turpia ne facias, sed vites propter amicum,
  Si cupis ut vere sis pretiosus ei.
Nullum te Dominus plus quam te cogit amare,
  Nec te qui de te turpia poscit amat.
Turpiter excusat noxam qui propter amicum
  A se committi dicere non pudet hanc.
Si roget ut facias quidquam quod lædat honestum,
  Metas et leges transit amicitiæ.

[1] Jérémie de Montagnone, fol. 33, col. 3.

LE POÈME ADRESSÉ PAR ABÉLARD À SON FILS ASTRALABE.

Exaudire preces inhonesta rogantis amici
Est ab amicitiæ calle referre pedem.
Plus tamen offendit qui cogit ad ista rogando
Quam qui consensum dat, prece victus, eis.
Propter amicitiam si quid commisero vile,
Rem turpi pulchram fœdo malaque bonam.
Si non subvenias donec te exoret amicus,
Quod dare te credis vendere crede magis.
Non pretio parvo est rubor ille rogantis habendus
Quo quæ tu dicis dona coactus emit;
Debita sunt quam dona magis quæ dantur amico;
Nil tantum est quo plus non mereatur amor.
Alter ego nisi sis, non es mihi verus amicus;
Ni mihi sis ut ego, non eris alter ego.
Quos in amicitia sua quærere lucra videbis
Quod dici cupiunt hoc simulare scias.
Cujus criminibus cito credis non es amicus;
Ultimus hinc propriæ scit mala quisque domus.
Non poterit proprios cognoscere dives amicos,
An sint fortunæ scilicet, aut hominis.
Pauper, in hoc felix, errore est liber ab isto,
Quo sit paupertas cuique ferenda magis.
Quos in amicitia fortuna secunda tenebat,
Cum perit hæc, pereunt quos dabat illa tibi.
Plus recipit quam dat pro donis quisquis amatur,
Nam quid amicitia carius esse potest?
Majores grates dono majore meremur;
Dando se majus quam sua quisque dabit.
Antiquum retine, quem sis expertus, amicum,
Nec similem credas, si sapis, esse novum;
Præcipuusque tuus sit qui patris extitit ante,
Ut sis huic etiam carus amore patris.
Non est qui donis corrumpi possit amicus;
Proditor alterius non tibi fidus erit [1].
Quem corruperunt tua munera credere noli;
Alter erit cujus sic quoque dona volet.

[1] Jérémie de Montagnone, fol. 26, col. 2.

IMPRIMERIE NATIONALE.

LE POÈME ADRESSÉ PAR ABÉLARD À SON FILS ASTRALABE.

Quos ad consensum traxerunt munera turpem
  Horum te fidei credere turpe puta.
Cui mala fecisti ne te commiseris illi;
  Prætereunte malo, permanet ira mali.
Sit tibi præcipuos servus bonus inter amicos,
  Nec memor in talem conditionis eris.
Erectum stimulis et verbere comprime servum,
  In tua ne calcem dirigat ora suum.
Non homini te, sed vitio servire pudebit;
  Dum sit libera mens nil tibi turpe putes.
Nolo virum doceas uxoris crimen amatæ,
  Quod sciri potius quam fieri gravat hunc.
Opprobriis aurem propriis dat nemo libenter,
  Nec te nec quemquam talia scire volet [1].
Cuique viro casto conjux sua casta videtur,
  Semperque incestus suspiciosus erit.
Nil melius muliere bona, nil quam mala pejus;
  Omnibus ista bonis præstat, et illa malis.
Nil teneris constat verecundius esse puellis,
  Hocque carere bono nil ita sicut anus.
Si non dormierit tecum tristabitur uxor;
  Si contra, somnus turpia multa dabit.
Incestam ut castam pariter servare caveto;
  Quippe hæc non debet sicut et illa nequit.
Quid facit incestæ custodia? Nonne pudicam
  Sic fieri credes quæ mala non minus est?
Virtus quippe animi, non corporis, esse putanda est;
  Nemo vi bonus est, sed malus inde magis.
Filia si tibi sit, custodi pervigil illam,
  Ne te perpetuum mittat in opprobrium.
Cura tibi sit multa domus, sed summa sit ista;
  Plus tolerare scias [2] cetera damna domus.
Odit eum mulier de quo infamatur honesta,
  Famæ quippe decus diminui pudet hanc.

[1] Depuis *Nolo virum* jusqu'à *scire volet,* au fol. 115, col. 2, de Jérémie de Montagnone.

[2] Le mot *scias,* que nous ajoutons, complète le sens et le vers. Il y a, dans le manuscrit, une lacune.

LE POÈME ADRESSÉ PAR ABÉLARD À SON FILS ASTRALABE.

Quæ vero famæ nequaquam damna veretur,
  De falso verum crimine crimen agit.
Quo fuit asperior quæ postea nupsit amanti,
  Tanto gratior est ipsa futura viro.
Aspernendo virum propria placet ipsa repulsa,
  Et blandum facit hunc asperitate sua.
Quæ se luxuriæ gratis supponit amica
  Censetur; meretrix, quæ pretio facit hoc.
In vitio tamen hoc ardentior illa videtur,
  Quæ præter sordes suscipit inde nihil.
Qualiter hanc autem censes debere vocari
  Quæ sordes etiam comparat hoc pretio?
Quæcumque est avium species consueta rapinis
  Quo plus possit in his, femina fortior est.
Nec rapit humanas animas ut femina quisquam;
  Fortis in hoc hæc est quolibet hoste magis.
Vile nimis scortum; sed vilior est sodomita,
  Pejor quam meretrix femina vir meretrix.
Femineus coitus fructum pariendo reportat,
  Polluitur tantum dum sodomita coit.
Obsequio superant meretrix et proditor omnes [1];
  Qua placeant aliis hæc via sola patet.
Gratior est humilis meretrix quam casta superba,
  Perturbatque domum sæpius ista suam.
Polluit illa domum quam incendit sæpius ista;
  Sorde magis domui flamma nocere potest.
Mitior est anguis linguosæ conjugis ira;
  Qui tenet hanc, ejus non caret angue sinus.
Deterior longe linguosa est femina scorto;
  Hoc alicui, nullis illa placere potest.
Est linguosa domus incendia maxima conjux;
  Hac levior flamma quilibet ignis erit.
Cum modicum membrum sit lingua, est maximus ignis,
  Nec tot per gladium quot periere per hanc.
Prævalet in lingua qui non est fortis in armis;
  Nullus in hac pugna plus meretrice valet [2].

[1] Jér. de Montagn., fol. 26, col. 2. — [2] *Ibid.*, fol. 79, col. 2 : *potest* au lieu de *valet*.

LE POÈME ADRESSÉ PAR ABÉLARD À SON FILS ASTRALABE.

Ex hoc præcipue distant ignavus et audax
Quod factis iste prævalet, ille minis.
Si linguæ bellum quam armorum fortius esset,
Thersites Trojæ major Achille foret.
Crescite, conjugibus dictum est, terramque replete;
Virginibus cœlum dicitur ut repleant.
Plus ratio quam lex, plus consuetudine lex sit;
Singula sint proprio constituenda gradu.
Tempore [1] tu judex legis moderare rigorem,
Hoc etenim leges qui statuere volunt.
Utilitas legis scribendæ maxima causa est;
Hinc nihil adversum lege licebit agi.
Majori parti ne credas, sed meliori,
Stultorum numerus innumerabilis est.
Nullus in exemplum mala ducit, sed bona tantum;
Aut si quis facit hoc nullus habendus erit.
Sit tibi dum pugnas cum quo pugnatur ut hostis;
Si superaveris hunc, sit tibi sicut homo.
Parcere subjectis et debellare superbos [2],
Hoc est in summis gloria summa viris.
Ut valeas lenire metum, propone futurum
Id tibi quo gravius nil superesse putes.
Objurga juvenis culpam puerumque flagella [3],
Exhortare senes blanditiisque mone.
Quo plus proficiat tua sit correctio blanda;
Aspera perversos non capit, imo movet.
Culpari metuens culpam prætendere tentat,
Objecta falcem præveniendo petra.
Cum te corripiat senior, patienter habeto,
Et grates, tanquam post data magna, refer.
Non credendus eris si te laudaveris ipse;
Si tua confessus sis mala, credo tibi.
Cum cuiquam quisquam jam per sua dona placebit,
Hæc ubi cessabunt falsus abibit amor.

[1] Est-ce bien le mot *tempore* qu'il faut lire? Nous en doutons un peu.

[2] Virgile, *Énéide*, VI, v. 854.

[3] Cela nous rappelle ces autres vers dont l'auteur nous est inconnu (Bibl. nat. lat. 15160, fol. 42):

Natum virga docet et moribus instruit, ergo
Qui parcit tergo non amat, imo nocet.

LE POÈME
ADRESSÉ
PAR ABÉLARD
À
SON FILS
ASTRALABE.

Ne libertatem vendas, fuge dona potentum;
Emptum te credas hæc ubi sustuleris.
Ne servire bonos ad turpia cogat egestas,
His natura manus ingeniumque dedit.
Contenta est modico mediocris vita labore;
Quæ cum libera sit, nil pretiosius est.
Conquiri magno sudore superflua constat;
Frugalis modici mensa laboris eget.
Archelai reprobans Socrates donaria regis,
Dixit se non his posse referre vicem.
Philosophum puduit donis a divite vinci,
Quem se gaudebat vincere pauperie.
Vincere contemptu mundi virtute præire est.
Cautela hæc est magni regula magna viri.
Oblatum gratis Abraham cur emerit agrum,
Respueritque datum, forsitan audierat.
Multi, ne cupidi videantur, dona refutant,
Atque sibi nomen arte parare student.
Ne faciat quemquam nova vitæ secta superbum,
Communi vita vivere quemque decet.
Ne majore petas paradisi sede locari;
Sufficit ut quivis angelus hic tibi sit.
Ex habitu noli populi captare favorem [1];
Fallere prudentes pellis ovina nequit [2].
Quæ pellis sit ovis, quæ vulpis non latet illos;
Simplicitas vulgi quælibet errat in hoc.
Nulla viris doctis sententia certior ista est :
Non nos commendant exteriora Deo.
Ex habitu non sanctus eris; potes esse superbus;
Est nimis hæc summis res odiosa viris.
Hypocritæ miseram super omnia censeo vitam;
Dupliciter miserum gloria vana facit.
Corpus in hac vita crucians animamque futura,
Hoc precio laudem quisquis emit, sua sit!
Qui fugit hypocritæ nomen peccando patenter
Dupliciter reus est, qui docet hoc et agit.

[1] Il y a dans le ms. : *Noli ex habitu.* — [2] Jérémie de Montagnone, fol. 28, col. 1.

LE POÈME ADRESSÉ PAR ABÉLARD À SON FILS ASTRALABE.

Omnes ad senium cupimus producere vitam,
  Cum pigeat dici quemque vel esse senem.
Nemo senex adeo quin vivere posse per annum
  Se confidat adhuc. Fallitur omnis in hoc;
Nullus enim est qui non aliquo moriatur in anno,
  Quem tamen et vitæ deputat ipse suæ.
Tempora sunt vitæ tanto breviora futuræ
  Quanto præteritæ longa fuere magis.
Dum cupis ut mœstis succedant tempora læta,
  Quod tua sit brevior vita futura cupis.
Ad senium nemo qui non pertingere quærat,
  Cum labor in senio pœnaque maxima sit.
Ad requiem sanctos constat pertingere morte,
  Cum tamen ad mortem nemo venire velit.
Si sit amica senex, donis conducat amicum,
  Suppleat ex donis quod caret ex facie.
Summa petit livor, perflant altissima venti,
  Crebrius et montes fulgura percutiunt.
Certius indicium nullum virtutis habetur
  Quam quod sola patet morsibus invidiæ.
Nullus ea dignus miser est nullusque beatus
  Est minus his quorum viscera livor edit.
Quo magis invidia depressa est vita bonorum,
  Tanto post mortem gloria major erit.
Quem timuit vivum, defunctum plangit iniquus,
  Ut nec laus magnis desit ab hoste viris.
Laudantur cum laus illis non proderit ulla,
  Et cum jam pariter nulla nocere queant.
Factis quisque suis, non dictis, glorificatur;
  Alterius potius quam tua laus tibi sit.
Artificem commendat opus, non propria lingua;
  Sola loquatur in hoc, ore tacente, manus.
Maxima sobrietas tam virtus quam medicina,
  Cor simul et corpus conferet incolume.
Si victus parcus, si somnus sit mediocris,
  Incolumis fuerit longaque vita tibi.
His nimis indulgens piger efficieris inersque,
  Et te porcino vivere more ferent.

LE POÈME ADRESSÉ PAR ABÉLARD À SON FILS ASTRALABE.

Quæ natura petit facili sudore parantur,
  Conquisita gravi quæque superflua sunt.
Bella gerant juvenes, seniores consilientur,
  Hos quid agant illi constituisse decet.
Si sine consilio tibi successisse videbis,
  Gratia fortunæ sit, sine laude tua.
Si post consilium non sunt tibi fata benigna,
  Non hinc culpandus, sed miserandus eris.
Ne voveas majora Deo quod solvere possis,
  Sed tua sint factis vota minora tuis.
Quod voveas discerne prius multumque diuque;
  Consilium tarde post tua vota venit.
Omne minus votum solvi majore licebit,
  Et cambire bonum pro meliore juvat.
Tot fidei sectis divisus mundus habetur
  Ut quæ sit vitæ semita vix pateat.
Quod tot habet fidei contraria dogmata mundus
  Quisque facit generis traditione sui.
Denique nullus in his rationem consulere audet,
  Dum quacumque sibi vivere pace studet.
Contemnendo Deum peccat solummodo quisque;
  Nil nisi contemptus hunc facit esse reum.
Non est contemptor qui nescit quid sit agendum,
  Si non hoc culpa nesciat ipse sua.
Te peccata magis quam tu peccata relinquent,
  Si cum non possis lædere pœniteas.
Sunt quos oblectant adeo peccata peracta
  Ut nunquam vere pœniteant super his;
Imo voluptatis dulcedo tanta sit hujus
  Ne gravet ulla satisfactio propter eam.
Est nostræ super hoc Eloysæ crebra querela,
  Quæ mihi quæ secum dicere sæpe solet:
« Si, nisi pœniteat me commisisse priora,
  Salvari nequeam, spes mihi nulla foret.
Dulcia sunt adeo commissi gaudia nostri
  Ut memorata juvent quæ placuere nimis. »
Qui dicit verum non hoc dicendo laborat,
  Fingere falsa prius nitimur, inde loqui.

LE POÈME ADRESSÉ PAR ABÉLARD À SON FILS ASTRALABE.

Mendaces faciunt ne credam vera loquenti,
Et multis justis perfidus unus obest.
Qui nunquam jurat nunquam perjurus habetur;
Vir bonus a licitis providet illicitis.
Securus quia pauper erat vivebat Amyclas;
Eligit hoc sapiens vivere quisque modo [1].
Securus divesque simul frustra esse laboras;
Opposito jungi non licet oppositum [2].
Non leve corrigitur qui se delinquere nescit;
Plaga tamen minor est, sed medicina gravis.
Quid, cui des videas, ubi, quando, quomodo, quare,
Ni grates pariter donaque perdere vis.
Quisquis in hoc quod agit curat vitare reatum
Nequaquam reus hinc constituendus erit.
Largus quisque datis, acceptis gaudet avarus;
Nec, si pœniteat post data, largus erit.
Gaudet cum dederit largus, tristatur avarus;
Rapta tamen cupido quam data credo magis.
Qui sua dat largo non dat, sed fenerat illi;
Semina pauca jacit, commoda multa metit.
Hydropico similis nemo est ut dives avarus,
Ex lucro lucri multiplicando sitim [3].
Divitias inopi vita conquirit avarus;
Quas male congregat hic utitur alter eis.
Vix sua pauperibus moriens largitur avarus,
Ad manes properans hæc quasi ferre velit;
Unde queat naulum stygio persolvere nautæ,
Quem sibi præcipue non putat esse pium.
Quisquis plus retinet quam vitæ postulat usus
Admovet ad jugulum pauperis ipse manus.
Qui leviter spondet non multum solvere curat;
Vir verax minus hoc, sed magis illud agit.
Quam non præcedit promissio gratia donum est;
Cum promiseris hoc debitor efficeris.

[1] Voir, sur ce distique, *Notices et Extraits de quelques manuscrits latins*, t. II, p. 214.

[2] Ces deux vers sont cités dans une glose du XIIIᵉ siècle : Bibl. nat. lat. 8207, fol. 20.

[3] Jérémie de Montagnone, fol. 96, col. 4.

LE POÈME ADRESSÉ PAR ABÉLARD À SON FILS ASTRALABE.

Amittendorum timor omnem torquet avarum,
  Quorum nil prorsus proficit usus ei.
Perdere formidat quæ nil sibi prosit habere,
  Imo quod multum perdere proficiat.
Ex hominis vitio ne culpes illius artem;
  Est homo sæpe malus qui bonus est opifex.
Frigore bruma pigrum crucians æstasque calore
  Cogunt mendicum vivere semper eum.
Cum pigrum vexaret hiems tectoque careret,
  Ver, inquit, veniet tuncque parabo domum.
Ver venit dixitque piger non esse necesse,
  Temperie tanta temporis, esse domum.
Se piger excusans præsentia tempora culpat,
  Tanquam sit vitium temporis hoc quod eget.
Velocem quemcumque pigrum facit esca parata;
  Huc si miseris hunc [1], desinit esse piger.
Asserit ignavus bona tempora præteriisse,
  Et vitium fatis imputat ipse suum.
Mulcet adulator stultum, detractor iniquum;
  Auris confestim sancta repellit eos.
Divitis est rerum numerum nescire suarum,
  Pauperis aut nullus compotus aut brevis est.
Jussa potestatis terrenæ discutienda,
  Cœlestis tibi mox perficienda scias.
Si quis divinis jubeat contraria jussis,
  Te contra Dominum pactio nulla trahat.
Miror si mulier privignum diligat ulla,
  Ni quo Phædra modo fertur amasse suum.
Quem natura suos non cogit amare parentes
  Conciliare tibi gratia nulla potest.
Qui patri malus est nulli bonus esse putetur,
  Nolo roges pro quo non rogat ipse parens.
Est velox vindicta Dei maledictio patrum,
  Nemo nisi demens hanc tolerare potest.
Cum gravius peccet qui se peccasse fatetur,
  Ad veniam tamen hic pronior esse solet.

[1] Il y a dans le ms. : *Tunc sit miseris nunc.* Cela n'a pas de sens et le vers est faux.

IMPRIMERIE NATIONALE.

LE POÈME ADRESSÉ PAR ABÉLARD À SON FILS ASTRALABE.

Ipse sui judex accusatorque malorum
Quo magis est pavidus tutior esse studet.
Quos alios damnare vides seseque beare,
Hos fuge, si cupias appropiare Deo.
Non est Christus in his, pharisæus ductor eorum,
Judicio simili quos patet esse reos.
Si de principiis præsumptio gaudet eorum,
Exitus incertus sollicitat magis hos.
Quos populus laudat, quos vulgi sublevat aura
Miror si placeant huic simul atque Deo.
Hoc puto tuque putes inter miracula summum
Si quemquam videas hæc retinere simul.
Non homini Paulus credit Christoque placere;
Majorem Paulo nolo putes aliquem.
Luxuriæ nimis est mulieri grata voluptas,
Si plus quam fratrem diligat illa virum;
Si sua quam mater cuiquam sit carior uxor,
Constat naturam cedere luxuriæ.
Ne superinducta crucies uxore parentes,
Hos sepeli primo, si superesse queas.
De propria gaude, non de virtute tuorum,
Nil pretii confert laus aliena tibi.
Laus vetus obruitur nisi laus nova fulciat illam,
Spectandusque magis finis in omnibus est.
Omnia fert sapiens sua secum, Seneca dixit,
Quod se contentus sufficit ipse sibi.
Nemo suis ea connumeret quæ perdere possit;
Cum fortuna perit, propria cuique manent.
Quem vir amat famulum miror si diligit uxor,
Semper in insidiis hunc timet esse sibi.
Proximus est melior vicinus fratre remoto,
Et juncus prato sic erit utilior.
Ira potentis erit quasi fulguris ictus habenda;
Sicut hic est sic est illa cavenda tibi [1].
Qui prodesse sibi proprio medicamine nescit,
Languor eum frustra postulat alterius;

[1] Jérémie de Montagnone, fol. 98, col. 1.

LE POÈME ADRESSÉ PAR ABÉLARD À SON FILS ASTRALABE.

Et quoniam stultos inflare superbia novit,
Semper ab hac caveas, obsecro, peste tibi.
Vivere sic studeas ut de te nemo queratur;
Si prodesse nequis, hoc age ne noceas.
Quod, quamvis nequeas, quod possis velle docebis [1],
Si cupis effectum velle tenere tuum.
Bella cave sensuque tuo plus utere quam vi;
Utere fortuna, sed ratione magis.
A Domino commissa tibi bona cuncta memento;
Auferet ingrato, cum volet ipse, tibi;
Nam te quando volet vel quomodo perdere fas est;
Muneris illius est et quod es et quod habes.
Vestibus ornatos alienis sæpe videmus,
Et sua mentiri quæ minime sua sunt.
Sic divina sibi tribuit bona quisque superbus,
Et Domini quæ sunt in sua jura rapit.
Talis erat cornix, alienis splendida plumis,
Quas mentita suas in sua probra tulit.
Multiplici surgit stipata superbia prole
Et multis radix pullulat hæc vitiis.
Cor miserum livor, detractio possidet ora,
Dum non majorem ferre paremve potest.
Tutus adulator declinat ad illius ædes,
Ut de figmentis commoda multa ferat;
Quod cum detulerit, tunc verax incipit esse,
Stultitiæ præco maximus ille suæ [2].
In sua fit præceps discrimina quisque superbus,
Et se posse putat qualiacumque velit.
Turgidus in verbis, factis temerarius, omnes
Urget, et in jugulum provocat ipse suum.
Consilium spernit, modus illi crimen habetur,
Vim vocat in cunctis, cæcus in omnibus est.
Intolerabilius nihil est quam vita superbi [3],
Cunctaque transcendit sordida luxuria.

[1] Ce vers se lit ainsi, corrompu et incompréhensible, dans notre manuscrit :

Ut quod propius quamvis nequeas, quod possis velle docebit.

[2] Jérémie de Montagnone, fol. 99, col. 2.

[3] *Ibid.*

LE POÈME ADRESSÉ PAR ABÉLARD À SON FILS ASTRALABE.

Viribus hæc corpus, mentem virtutibus haurit,
Ingenium sensu, nullaque munda sinit.
Summa Dei bonitas, disponens omnia recte,
Quæ bona, quæ mala sunt ordinat ipsa bene.
Hinc nec in adversis justo solatia desunt,
Ut mala sint etiam cum sciat esse bonum.
Credit inhumanam mentem sapientibus esse
Qui nihil illorum corda dolere putat;
Ferrea non adeo virtutis duraque mens est
Ut pietas horum viscera nulla sciat [1].
Qualiacumque velis da fecula relligiosis,
Dummodo vina neges, summa fomenta mali
Sicut amat sapiens hominem qui corrigit illum,
Sic odit qui se corrigit insipiens.
Quid prodesse potest possessa pecunia stulto,
Mercari sensum si nequit inde sibi?
Turpia ne facias, plus te constringat honestas
Et virtutis amor quam timor exagitet.
Denique peccati confessio, quæ tibi restat,
Quod pudor est dici non patiatur agi.
Ne quis consilio mulieris tradat habenas
A primo cunctis sunt documenta viro.
Ne te blanditiis seducere Dalila possit,
Quæ tecum dormit, sit tibi cura vigil.
Non est vicino tutum dormire colubro;
Anguem transcendit femina nequitia.
Nequitia similem serpens sibi credidit Evam,
Et cito persuasit credere nequitiæ;
Hinc, prius hanc aggressa, virum tentavit in illa,
Facta per hanc omnis causa caputque mali.
Vivit in occulto vir honestus ut in manifesto;
Nunquam deprendi se bona vita timet.
Occasum sapiens, stultus considerat ortum,
Finis quippe rei cantica laudis habet [2].

[1] *Sciat* n'est pas clair. *Ciat,* lu par M. Wright dans un manuscrit cottonien, ne l'est pas beaucoup plus. *Virtutis* n'est-il pas aussi un mot altéré? — [2] Jérémie de Montagnone, fol. 59, col. 1.

LE POÈME ADRESSÉ PAR ABÉLARD À SON FILS ASTRALABE.

Liberat a pœna miserum qui interficit ipsum,
Si pœna penitus vita futura vacat.
Est igitur pietas miseræ non parcere vitæ,
Si post hanc vitam nulla sequatur eam.
Qui venit ad causam tarde diffidit ab illa,
Accelerat causam qui bene fidit ei.
Consilio longo causæ pars altera ducta
Non minimum pravæ suspicionis habet.
Orator bonus atque pugil fiducia prava est;
Quo major fraus est amplius optat eos.
Vir bonus in Domino confidit, pravus in istis;
Sed cunctis unus præstat in auxilio.
Ne dubites illam propriæ diffidere formæ
Quæ cavet aspectum compta prius nisi sit.
Non curat mulier naturam casta juvare,
Nec studet ut fallat per bona ficta viros.
Luxuriam simul atque virum sepelit bona conjux
Mutatoque pari nescit inire jugum.
Qui non dat quod amat non accipit ipse quod optat [1];
Ut tua cara tibi, sic mea cara mihi.
Vilia pro caris recipi non convenit æque,
Nec commercia sunt talia justitiæ.
Ut largus largo, sic sis avarus avaro;
Qualis hic est aliis sis quoque talis ei.
Subjectis prodesse magis quam præesse memento;
Nominis est aliter gloria vana tui.
Si nequeas caste, ne spernas vivere caute,
In populo vita plus tibi fama nocet.
Quo plus divinos oculos offendere vitas,
Plus studes ut recte vivas ubique Deo.
Id justo pudor est hominum complere timore
Ad quod non fuerit tractus amore Dei.
Stultitiæ summæ est dimittere præmia magna
Atque his dimissis velle minora sequi.
Vim metuit sapiens, stultus confidit in illa;
Audiri cupit hic, ille ferire parat.

[1] Ce vers, plus d'une fois cité, est aussi devenu proverbial.

LE POÈME ADRESSÉ PAR ABÉLARD À SON FILS ASTRALABE.

Infirmis legem positam non esse fatemur,
  Nec tolerant pondus sanus et æger idem.
Te tua, non alium, culpæ confessio culpet;
  Non aliter venia dignus es ante Deum.
Nec tua dæmoniis adscribere crimina tentes,
  Quo se excusare credidit Eva modo.
Terrenus judex confessi crimina punit
  Quem venia dignum judicat esse Deus.
Non minimum peccat qui regis provocat iram;
  Vitanda hæc magis est quo magis ipsa nocet.
Ne cito peccantem feriat sententia regis,
  Cujus non parcos [1] ira ferire potest.
Ne Dominum tentes ab eo miracula poscens
  Per quæ vulgari magnus in ore sones.
Parvus in ore Dei fueris si magnus in illo;
  Multum laus hominum dissonat atque Dei.
Finitimæ vitiis virtutes fallere norunt,
  Sæpeque, cum non sint, esse putamus eas.
Dum bene quis moritur persolvit debita cuncta,
  Nil quod agat superest, plus nihil exigitur.
Ne moriens aliis tua distribuenda relinquas;
  Nullus erit quam [2] tu plus tibi propitius.
Nemo tuos melius tua dispensabit in usus;
  Da tua dum tua sunt, vel data non data sunt.
« Hæc do si moriar » qui dicit...............
  .... nil habet, unde dabit.
Hæc igitur nullus data censeat, imo relicta,
  Quæ quantum potuit strinxit avara manus.
Sed neque talia sunt proprie dicenda relicta
  Quæ vis extorsit mortis avaritiæ.
Quem Domino placuit servorum absolvere gratis,
  Si sit is ingratus, gratia non maneat.
Esse datam nobis rationem constat in isto,
  Ne meritorum expers vivere posset homo.
Quidquid agis, quamvis etiam si jussus obedis,
  Quod facis hoc quia vis, id tua lucra putes.

[1] On lit entre les lignes : *paucos*. Peut-être faut-il substituer *pravos* à *parcos*. — [2] Au lieu de *quam* il y a dans le manuscrit *extra;* ce qui n'a pas de sens.

LE POÈME ADRESSÉ PAR ABÉLARD À SON FILS ASTRALABE.

Libera mens ita prævideat quæ sunt facienda
  Ne quid, servorum more, coacta gerat.
Pauperis auditor Domini sibi præparat aures
  Propitiumque sibi qui miseretur habet.
Cum tua pauperibus largiris non data dicas
  . . . .
Sed neque sit patris qui patrem injuriat heres;
  Lege pari matri par sit habendus honor.
Contra consilium si nubat virgo parentum,
  Horum non debet participare bonis.
Si membro servum domini violentia privet,
  Jus in eo nullum possidet ulterius.
Ancillæ propriæ si se conjunxerit ullus,
  Carnis eam tactu liberat ipse suæ.
Philosophis populoque fides nunquam fuit una;
  Huic semper sensus pro ratione fuit;
Nil nisi corporeum, nisi sensile mens capit ejus,
  Tale quid et summum cogitat esse Deum;
Quem nisi cum membris audire videreque nescit,
  Nec quid agat novit si manus absit ei.
Ipse quidem totus manus est oculusque vel auris,
  Ex se cuncta potest qui creat omnibus hæc;
Cumque sit absque loco, sic nusquam est ut sit ubique,
  Et quidam cunctis sit locus ipse locis.
Nusquam conclusus, sed more potentis ubique est,
  In quo subsistunt omnia ne pereant.
Quisquis non fuerit patiens parendo jubenti
  Imperio nulli præficiendus erit.
Armiger esse prius quam miles debuit omnis,
  Quidque ageret doctor discere discipulus.
Si quando dare quid cuiquam contingat avarum,
  Hoc quia non didicit nescit habere modum.
Relligio juvenis levis est impulsio mentis,
  Et tanquam torrens impetuosus aquæ;
Quo vehementior est, citius siccabitur iste,
  Excedensque modum deperit illa cito.
Dædalus ad patriam mediocri calle redivit;
  Icarus astra petens lapsus ad ima ruit.

LE POÈME ADRESSÉ PAR ABÉLARD À SON FILS ASTRALABE.

Jejunando modum superans superabit edendo,
  Quique nimis vigilat dormiet ipse nimis.
Victa cito cedet fragilis substantia nostra,
  Qualibet excedat relligione modum.
Nec catus poterit servari pelle nitente,
  Nec mulier, cultus si pretiosus erit.
Magna Dei reprobis, cum non irascitur, ira est,
  Quos sinit ad pœnam multiplicare dies.
Quam nuptum tradunt studeant ornare puellam;
  Ornatu sapiens vir cito privat eam.
De quo culpasti mulierem cogis amare
  Et verum falso crimine sæpe struis [1].
Incestam ut castam frustra servare laboras;
  Non putes hanc, illam non opus esse scias.
Plus famam quam res amittere vitat honestas,
  Et nomen præfert omnibus ipsa bonum.
Ne sis natarum sic cæcus amore tuarum
  Ut non corrumpi posse rearis eas.
Quam cito fas sit eas festina tradere nuptum;
  Vilescit mulier suspicione cito.
Quanto plus fragilis muliebris sexus habetur,
  Tanto ejus virtus præminet in meritis.
Si cui post lapsum carnis retinenda sit uxor,
  Nesciat, opprobrium vitet ut ipse suum.
Aut abici decet hanc, aut turpia dissimulare;
  Callidus hoc curat, vir bonus illud agit.
Quam jactura mali jactantia pejor habetur
  Et gravior læso cuilibet esse solet.
In quam, dum moreris, regionem cogeris ire
  Mens tua, dum vivis, cogitat assidue.
Quis status illius, qualis sit mansio vitæ
  Cui tam difficilem mors parat introitum.
In qua si gravius contingat vivere nobis,
  Sorte nihil nostra censeo deterius.
Accensas mollis responsio mitigat iras [2];
  Auget eas potius dura creatque novas.

[1] Jér. de Montagn., fol. 29, col. 1, et fol. 115, col. 2. — [2] *Ibid.*, fol. 121, col. 1.

LE POÈME ADRESSÉ PAR ABÉLARD À SON FILS ASTRALABE.

In verbis pavidus semper lætare fuisse;
In factis audax sis aliquando decet.
Nil magis offendit quam pravus sermo potentem;
Plus probra liber homo quam sua damna timet.
Ut pecudes quo vult trahit impetuosa voluptas,
Sic homines agitat luxuriosus amor.
Luxuriæ stimulus, supremus et intimus hostis,
Civili bello nos grave persequitur.
Uxorem ratione suam vir debet amare,
Et non ad coitum, sicut adultera sit.
Si post conceptum pecudum satiata libido
Ferre marem nolit, quid mulier, quid agit [1]?
An se luxuriæ solam putet esse creatam,
Ad coitus fructum cetera nata feret?
Cui malus assistit vicinus damna propinquant,
Et cum damna vacant mens sine pace manet.
Judex et medicus tibi consilientur amore;
Si possis, omnes, præcipue tamen hi.
Nec tentare Deum, fili, præsumpseris unquam;
Nitere quo possis ut merearis opem.
Infames fugiat tua conversatio semper
Et socio gaude te meliore frui [2].
Est melius socium quam cognatum esse bonorum;
Hinc etenim virtus eminet, inde genus.
Quorumvis hominum modo res consorcia formant;
Cum quo vivendum sit tibi perspicito.
Displicuisse bonis non est infamia parva,
Nec placuisse malis suspicione caret.
Quaque die quo proficias tua cura revolvat,
Ut quo longior est vita sit et melior;
Nec prius excipiat te somnus nocte sequente
Quam te præcedens lux vigilasse sciat.
Cujuscumque rei levis est oblivio nobis;
Momenti nobis nullius illa fuit.

[1] Ailleurs on lit *agitat*. Cela n'est pas plus clair et le vers est faux. Peut-être faut-il lire : *Quod mulier quid agit?* c'est-à-dire : *Quid mulier fert marem post conceptum?*

[2] Jér. de Montagn., fol. 32, col. 2.

IMPRIMERIE NATIONALE.

LE POÈME ADRESSÉ PAR ABÉLARD A SON FILS ASTRALABE.

Immemori servo sua vix oblivio prosit,
Cum sine contemptu vix ea contigerit.
Quas multi multo conquirunt tempore docti,
Stultus eas modico dissipat unus opes [1].
Egregius pauper, contemptor divitiarum,
Stultitia tali dedecorosus erit.
Scripturæ ignarus princeps qui sustinet esse
Cogitur arcanum prodere sæpe suum.
Qui faciunt quantum est illis concessa potestas,
Ad meritum nihil est quod superesse queat.
Nil superest culpæ cum cessat prava voluntas,
Hæc etenim sola est quæ facit esse reum.
Nulla bonos faciunt æque communia pravis,
Quæ nihil ad meritum nos habuisse refert.
Cum natura bonum cuiquam te impendere cogit,
Id meritis noli connumerare tuis;
Quod pecudes etiam faciunt ratione carentes
Non his te præfert, sed magis æquat eis.
Naturæ sua jura tamen persolvere debes,
Sed finem in cunctis constituendo Deum.
Quidquid ab hac unquam divisum fine videbis
Disjunctum a meritis penitus [2] esse scias.
Cum reficit tua mensa Deum convivaque Christus
Est tuus, hac mensa ditior esse potest [3].

. . . .

Namque datis Dominus præmia magna dabit,
Pauca Deo reddes quin merces magna sequatur;
Multum homini, cui sit gratia nulla, dabit.
Emendare bonum est, melius peccata cavere;
Victus ab hoste semel jam minus obstat ei,
Plagaque non ullo curanda dolore cavenda est,
Præcipue cum nil utilitatis habet.

[1] Jérémie de Montagnone, fol. 95, col. 1, avec la variante de *patres* au lieu de *docti*. *Docti* n'est certainement pas une bonne leçon.

[2] Nous ne pouvons lire autre chose que *penitus*. Ou bien le copiste a mal transcrit ce vers, ou bien Abélard croyait long l'*e* de *penitus*.

[3] Entre les lignes on lit : *Supple nulla*. Cela veut dire sans doute qu'il faut substituer *nulla* à *mensa*. *Mensa* ne se comprend pas.

LE POÈME
ADRESSÉ
PAR ABÉLARD
À
SON FILS
ASTRALABE.

Si moveat quemquam reprehensum crimen ad iram,
Ipse sibi super hoc testis habendus erit.
Tormentum cunctis est uxor adultera majus;
Mors ipsa minor est passio cuique bono.
Tartarea non est vindicta justior ulla,
Cum magis injustus judice nemo sit hac.
Quo magis istius careo dulcedine vitæ
Constat eo quoniam sors sit amara minus.
Qua te cumque die bona non fecisse videbis,
Non erit hæc vitæ connumeranda tuæ.
Consilio saltem gentili plangere disce
Amisisse diem, quam reparare [1] stude.
Ut credat quod tu nullum vi cogere tenta,
Sola quippe potest huc ratione trahi.
Extorquere potes fidei mendacia frustra;
Ipsa fides non vi, sed ratione venit.
Mentiri natura nequit firmissima semper;
Conjectura fuit quam dedit ille locus.
Expensas moderare tuas ut res tua poscit,
Nec fore majores quam tua lucra feras.
Judiciis adsis, causis assiste docendus;
Præsidium multis hinc eris atque tibi.
Damna timet pauper, contemptus nobilis horret;
Quod plus quemque gravat vindicat ipse magis.
Est in peccatis mala consolatio quædam
Si majora tuis crimina respicias.
Magnum te reputas si quos præcellere possis,
Cum minor hinc fueris quo tibi major eris.
Nemo stupet sapiens de prosperitate malorum,
Aut cum hic affligi conspicit ipse bonos.
Scit sibi, non aliis, qui nescit scita docere;
Tanquam nil scierit talis habendus erit.
Non sibi qui bonus est, sed cunctis vivere quærit,
Pro nihilo ducens ut sibi sufficiat.
Cum minus accipiat lucri plus Martha laborat,
Ut merito soror hanc torqueat invidia.

[1] Il y a dans le manuscrit : *temperare*.

LE POÈME ADRESSÉ PAR ABÉLARD À SON FILS ASTRALABE.

Fertilitas largum, parcum te noscat egestas,
Ut fiat donis gratia multa tuis.
Qui celebrant epulis sacra natalitia largis,
Non ea sic sanctos promeruisse sciant.
Speratur super his animæ retributio frustra,
Cum caro mercedem tam cito ferre cupit.
Cum multis non possit emi sapientia nummis,
Quid prodest horum copia, stulte, tibi?
Gentilis ritus simulacra fidelis abhorret,
In falso verum ne colat ipse Deum.
Quod magis a sanctis est gentibus improperatum
Auferri summo convenit hoc studio.
Numquid amare potest ut Juppiter idola Christus,
Aut sculpi ut Vesta nostra Maria volet [1]?
Pluris sit morum tibi quam doctrina librorum
Factaque sint verbis anteferenda tibi.
Hæc te prudentem monstrabunt, illa loquentem,
Et ratio cuivis præminet eloquio.
Si taceat stultus, sapiens reputabitur esse;
Nil sic ut sermo prodere corda solet.
Luxuriæ finem saltem natura datura est,
Nullus avaritiæ terminus esse potest;
Ignis hic extingui poterit, sitis illa manebit;
Turpius hoc, illud pejus habeto malum.
Væ cui luxuriæ vitæque est terminus idem,
Nempe maritatos exitus iste manet!
Falsa figurari non est mirabile falsis,
Ut falsum ornari qualibet arte queat.
Non eget ornatu, quem nullo constat egere,
Nec manus artificis hunc decorare potest.
Imo pudet talem credi qualem indicat illum
Res insensibilis membraque falsa gerens.
Quem thus non metuit contingere, nec reveretur,
Tanquam nil sensus his hic inesse sciat.

[1] Notons cette maussade critique des pieuses images, dont la présence, dans les églises, était considérée, par Alain de Lille et par d'autres, comme nécessaire. C'était là, disait-on, la littérature des laïques. A ces gens qui ne savaient pas lire on ne pouvait autrement enseigner l'Histoire sainte.

LE POÈME ADRESSÉ PAR ABÉLARD À SON FILS ASTRALABE.

Nil reputet membrum quod membri non habet usun
 Nil sine re formam judicet esse rei.
Hanc solam veneratur homo quam fecit et ipse.
 In tali forma crede manere Deum!
Cum quidam casu dicant contingere cuncta,
 Cuncta tamen constat disposuisse Deum.
Si qua neges ex arbitrio contingere nostro,
 Arbitrio fuerit liberiore Dei.
Nil igitur temere fieri temere reputabis,
 Cum præstet cuncta summa Dei ratio.
Quidquid contigerit justo non provocat iram;
 Disponente Deo scit bene cuncta geri.
Non est perfectus quisquis meditatur in ullo
 Quod minime dubitat disposuisse Deum.
Fortuitu qui cuncta geri tantummodo credit
 Non miror casus cum male fert aliquos.
Justus pressura se consolatur in omni,
 Quod meditatur et hanc disposuisse Deum.
Multi, ne cupidi videantur, dona refutant;
 Plus quam res laudem gloria vana cupit.
Sunt qui oblata sibi nonnunquam dona repellunt
 Ut magis hinc cari sæpius illa ferant.
Escam piscator modicam componit in hamo
 Ut magnum piscem sublevet ipse sibi;
Sic capit astutus de parvo munere magnum
 Et pauca impendens plurima ferre solet.
Sunt qui lucrantur multum modicumque laborant;
 Econtra multis novimus accidere.
Planitiem quemcumque sequi decet expositorum,
 Quantumcumque rudis sermo sit ejus in hoc.
Quilibet ergo labor nihil est si gratia desit,
 Et nil defuerit dummodo præsto sit hæc.
Ne dicas miserum, ne dicas esse beatum,
 Cui male succedi, vel bene, videris hic.
Littera spectanda regio quæ judicet ista
 Ad quam nonnunquam conditus est sapiens [1].

[1] Nous ne comprenons pas ces deux vers.

LE POÈME ADRESSÉ PAR ABÉLARD À SON FILS ASTRALABE.

Purgari decet hic qui sunt ibi suscipiendi,
 Ut fornax auri vita sit ista bonis.
Hoc igitur nostrum fornax examinat aurum;
 Quod qui non tolerat non ibi purus erit;
Nec nisi purus eo poterit pertingere quisquam;
 Fornax hæc igitur est sitienda [1] bonis.
Ira Dei magna est cum delinquentibus ipse
 Irasci differt, hos tolerando diu.
Quo se mollius hic studet unusquisque fovere,
 Ad pœnam tenerum se magis ipse parat.
Corrigias corio largas facit ex alieno
 Qui cum distribuit plurima, plura rapit.
Proximus exhibeat quanti Deus ipse tibi sit;
 Certior hic nullus testis amoris erit.
Exornat templum pietas, hanc excolit aram,
 Huic pia vota facit factaque solvit ei.
Nolo manu factis operam te impendere multam,
 Res ubi non ipsa est, imo figura rei.
Cui bene fecisti ne credas laudibus ejus,
 Cuilibet id faciet qui facit illud ei.
Quisquis se laudat multum sibi detrahit ipse;
 Laudet se factis, ore tacente suo [2].
Quando rogas Dominum, ne mente vageris ab illo
 Ut verbis illi sis prope, corde procul;
Sed pariter vocem quo dirigis erige mentem,
 Ut magis affectus quam sonus oret eum.
Quo magis hi pœnam didicerunt ferre potentes,
 Hoc magis imminet his ultima pœna gravis.
Cum Domino loquimur quando hunc orando vocamus,
 Nobiscum facit hunc lectio sacra loqui.
Lectio sacra minus, sed plus collatio prodest;
 Hæc petit ut quæras, quod petis illa docet.
Discipulus sapiens est gloria summa magistri;
 Istius laus est illius utilitas.

[1] *Sitienda* paraît un mot altéré. On ne peut avoir « soif d'un fourneau ».

[2] Ces vers sont cités ainsi dans la glose sur le *Doctrinal* que contient le n° 14747 de la Bibliothèque nationale, au fol. 13, col. 1 :

Si quis se laudat multum sibi detrahit ipse;
 Laus est de factis, ore tacente suo.

LE POÈME ADRESSÉ PAR ABÉLARD À SON FILS ASTRALABE.

Plus ab eo doctor sumit quam præbeat illi,
  Ut conducendus sit magis hic ab eo.
Notius est semper vitium virtusque potentis;
  Quo magis eminet hic sunt sua nota magis.
Nemo per exemplum sic proderit atque nocebit,
  Hoc melior cunctis deteriorque modo.
Ut te alii laudent alios laudando mereris,
  Laudari cupiens vituperare cave.
Vituperare cavens vitabis vituperari;
  Est dignus meritum sumere quisque suum.
Multa Theobaldus largitur relligiosis;
  Sed, si plura rapit, sunt data rapta magis.
Ut Salomon meminit, pertusus sacculus ejus
  De quo produxit tanta fefellit eum.
Convenit hoc magis ut rapiat nihil atque nihil det
  Quam perdat grates et sua dona simul.
Multa Deo dives, quia multum possidet, offert,
  Et velut ex vomitu quod superest rejicit.
Multa dat et damni nil sentit copia multa;
  Censum, non animum, cogitat insipiens.
Credit habere Deum pro magno quod sibi magnum est,
  Non viduæ pensans illa minuta duo.
Sic male de venia confidens, liberiusque
  Delinquens, donis mortem emit ipse suis.
De quibus est verbis dubium qua mente gerantur
  In melius vertit quilibet ista bonus.
Is quoque qui malus est vult ut sua cuncta bonum sint,
  Hic minime curans ut sit et ipse bonus;
Cumque donans caligam non vitam curet habere,
  Quid cui præponat quis dubitare potest?
Si quis forte reum credat jurareque cogat,
  Plus reus est illo quem putat esse reum.
Si talem credit, cur cogit ad ista rogando?
  Nemo igitur quemquam cogere debet ad hæc.
Scribere, scire stude, simul ac dictare labora;
  His sine secretum nullus habere potest.
Quod loqueris transit, nec plus est labile quicquam,
  Quod vero scribis te pereunte manet.

Qui pereunt in se vivunt per scripta poetæ;
Quam natura negat vita per ista manet.
Per famam vivit defuncto corpore doctus,
Et plus natura philosophia potest;
Quique fere nullum viventes nomen habebant
Postea de scriptis obtinuere suis.
Pauper erat Socrates rebus; nunc nomine dives,
Rebus scripturas anteferendo[1], manet;
Sic et Aristotelem, cum præceptore Platone,
Præsentes nobis propria scripta tenent;
Sic reliqui tales, verbis aliquando locuti,
Nunquam desistunt per sua scripta loqui.
Scripto se faciet præsentem quilibet absens;
Nemo magis fidus nuntius esse potest;
Id solum referet quod tu commiseris illi,
Quæque loqui pudeat scribere multa licet.
Solus adorandus Deus est, cum sola potestas
Hæc per se tantum sit veneranda suis.
Dissimulans simulat sapiens pro tempore multa,
Paucaque vi peragit, plurima consilio.
In cunctis sapiens tam tempora quam loca pensat,
Et facies multas sumit ut ista decent.
Ut nihil ad meritum caro, sed mens integra confert,
Sic nihil econtra decidit a merito.
Magni perducunt ad præmia magna labores,
Gloriaque ex casu nulla parata levi.
Qui scribunt libros caveant a judice multo,
Cum multus judex talibus immineat.
Persuadere bonum stulto non est leve quiddam;
Solus habet sapiens cedere consilio.
Quis sapiens, quis sit stultus correctio monstrat;
Audit hic hanc nolens, suscipit ille volens.
Ut de verbis de fictis vera reportet[2],
Astutus stultos carmine sæpe capit.

[1] Abélard croyait donc que Socrate avait écrit des livres.

[2] Ce vers est tout à la fois faux et incompréhensible. Peut-être faut-il lire :

Ficta ut de veris, de fictis vera reportet.

LE POÈME ADRESSÉ PAR ABÉLARD À SON FILS ASTRALABE.

Multus vicinus, rarus circumstat amicus;
Quo pretiosior est res ea rarior est.
Iratus nunquam præsumas cædere quemquam;
Impedit in cunctis ira tenere modum.
Distulit insipiens oblatum sumere donum;
Sæpius hoc ipsum, nemine dante, petet.
Post epulas facilem poteris reperire datorem;
Tunc pete, si qua velis, cum dator est hilaris [1].
Femineis lacrymis, quas mors extorquet amici,
Non modicus pudor est ora madere viri.
Se consolatus de nati funere quidam,
Mortalem, dixit, me genuisse scio.
Flesse David puerum morientem scimus, eoque
Defuncto lætum se exhibuisse suis.
In patre quippe Deo divina potentia nobis
Exprimitur, de qua dicitur omnipotens.
Spiritus est sanctus bonitas, sapientia Verbum;
De Patre procedens est hic, et hæc genita.
Tres has personas substantia copulat una,
Trina divisas proprietate sui.
A Christo descripta boni perfectio summi
Est in personis significata tribus [2].
Cum male cuncta geras, si quid volo dicere de te
Mentiri cogor ni mala sola loquor.

[1] Ce distique est cité dans la glose sur le *Doctrinal* que contient le n° 14747, fol. 45, col. 2.

[2] Ces vers sur la Trinité, qui ne se rapportent à rien de ce qui les précède, à rien de ce qui les suit, sont un véritable hors-d'œuvre. Abélard doit les avoir placés ici pour témoigner, avant de mourir, qu'il ne s'est pas soumis, et s'obstine à croire que les trois personnes ont des qualités distinctes, quoiqu'elles soient substantiellement identiques. *Dicit*, écrivait Bernard au pape Innocent, *proprie omnipotentiam pertinere ad Patrem... Porro Filio assignat sapientiam... Benignitas ipsa, inquit, quæ hoc nomine quod est Spiritus sanctus demonstratur, non est in Deo potentia sive sapientia* (*Epist. ad Innoc.*, cap. III). L'entendant ainsi parler, ajoute saint Bernard, je voyais Satan tomber du ciel comme la foudre. Eh bien, voilà ce que répète Abélard impénitent, c'est-à-dire convaincu, malgré l'arrêt du concile, qu'il s'était correctement exprimé sur le mystère de la Trinité. Ce passage, qui manque dans toutes les autres copies du poème, est très intéressant. Abélard est mort proscrit; mais, comme l'a justement soupçonné M. de Rémusat, rien n'a pu lui faire humilier sa philosophie, c'est-à-dire sa raison.

IMPRIMERIE NATIONALE.

LE POÈME ADRESSÉ PAR ABÉLARD À SON FILS ASTRALABE.

Plus quandoque metus quam vivus mortuus affert;
Plus metuas quem plus posse nocere patet.
Indignare tibi cum te tua culpa flagellat,
Non illi qui dat verbera justa tibi.
Quos paupertatem vel rerum damna timentes
Converti videas, ne tibi spes sit in his;
His quoque quos pueros traxit devotio patrum
Mirandum est si quid relligionis inest.
Sanguinis ejusdem plures in relligionis
Conventu noli consociare sibi;
In quibus offensis multis, cum offenderis unum,
Adversum multos sit tibi pugna gravis.
Si prælata viris dominatum femina sumat,
Perverso dicas ordine cuncta geri.
Ducit in exitium quemcumque remissa potestas,
Tam sibi quam domui fiet amara suæ.
Si quis opes plus quam mores in conjuge quærat,
Si mœchabitur hæc non habet unde queri;
Præcipue si possidet has quas quærit in illa
Et quæ conjugii causa fuere sui.
Nobilis et dives mulier confidit in istis;
Unde tumens semper jurgia crebra movet.
Multa dat insipiens, nec grates inde meretur;
Multa recepturus pauca dabit sapiens.
In dandis sapiens tam tempora quam loca pensat;
Mensuram pensi non habet insipiens;
Ignorat trutinam, nec libræ pondera novit;
Est ideo donis gratia nulla suis.
Cui tua post mortem commiseris efficis hostem[1];
Fert gravius vitæ tempora nemo tuæ.
Ut Satanam pugnet patiens virtute resistit;
Vincit hic et palma vincitur ipse sua.
Pauper sufficiens sibi solus dives habetur;
Non sibi sufficiens dives avarus eget.

Explicit liber *Astralabi.*

[1] Nous supposons ici le mot *hostem*. Dans le manuscrit le vers est incomplet.

LE POÈME ADRESSÉ PAR ABÉLARD À SON FILS ASTRALABE.

Terminons par quelques mots sur la valeur de ce poème. M. Du Méril le traite fort mal; il n'y voit que « les préceptes usés d'une morale vulgaire ». M. Cousin estime, au contraire, que cette œuvre est d'un homme à bon droit qualifié de bel esprit. Notre avis est celui de M. Cousin. Il y a sans doute dans ce poème, dont la langue n'est pas toujours classique, plus d'un vers obscur et mal tourné; mais il y en a d'autres où sont très heureusement exprimées des pensées ingénieuses, et l'on ne s'étonne pas que plusieurs, devenus proverbiaux, aient été cités par les compilateurs et les scoliastes. Le moyen âge nous a laissé d'autres poèmes du même genre, mais où il y a peu de traits originaux, et il y en a beaucoup ici. Il y a même des maximes trop personnelles pour être universellement acceptables. Elles sont, dit M. Du Méril, d'un cénobite dont le cœur est desséché. Oui, sans doute; mais on a justement remarqué que les lettres authentiques d'Abélard sont loin d'être tendres. Il n'est pas rare que le malheur abatte et dessèche les cœurs les plus généreux, les plus vaillants. Ces vers, où nous trouvons encore plus d'amertume que de sécheresse, sont, en effet, le testament d'un cénobite, qui, cénobite par contrainte, fut un homme deux fois mutilé.

NOTICE

SUR

LE NUMÉRO 3143

DES MANUSCRITS LATINS DE LA BIBLIOTHÈQUE NATIONALE,

PAR

M. B. HAURÉAU.

